MODVS

LEGENDI

ABBREVIATVRAS,

PASSIM IN IVRE TAM CIVILI, quàm Pontificio occurrentes.

Denuò integritati suæ restitutus,

HVIC ACCESSERE

Tituli, quæ & Rubricæ vulgò nuncupantur, in vniuersum Ius Ciuile, ex Haloandri recognitione ascripti.

Adiunximus præterea libellum qui Flores Legum inscribitur, cùm additionibus, & concordantijs Doctorum.

Omnia pristino splendori reddita.



VENETIIS, MDCXII.

Apud Petrum Milocum.

PRÆFATIO.

Et si Imperatoris testimonio laudabilior sit, qui factum subtilius emendat, quàm qui adinuenit; laude tamen non minima afficiendos eos arbitror, qui primas bonarum artium promulgationes, summa cum lucubratione sequacibus delegauerunt: quoniam vt testatur Philosophus, nedum ijs, quibus perfecte, sed es ijs, ex quorum imperfecto opere adinuento ad veram Philosophiæ lucem tandem ventum est, gratiæ sunt porrigendæ.

Quamobrẽ cùm libellus, qui Modus legendi in vtroque Iure dicitur, opus equidem primo iuris cunabula introeuntibus, ne dicam vtile, imo necessarium, plurimis tum diminutè tum superfluè positis vndequaque antea notaretur: vt tandem Iuris studiosi consultius, securiusque inhærerent operi, factam est hoc idem opus correctum, emendatum, omni denique superfluitatis, seu diminutionis macula, vitioque purgatum: vt per hac, quæ sequuntur scripta, omnibus luculentissimè panditur.

MODVS LEGENDI ABBREVIATVRAS,

TAM IN LIBRIS CIVILIS, quàm Pontificij passim occurrentes.

QVIA præposterus est ordo prius humana petere subsidia, vt illius deficientibus, diuini fauoris gratia postuletur, vt de conse. dist. 1. cap. omnis Christianus, in fi. & in princ. Apparatus Ioan. And. lib. 6. imo vix bono peraguntur exitu, quę malo sunt inchoata principio. lxj. di. cap. miramur. 1. quæstio. 1. principatus, & c. cum Paulus. ideo diuino primitus implorato præsidio cum Iuris vtriusque scientia tam legum, quàm canonum pretiosissima, non adminiculatiua, sed principalis & sacratissima. imo diuinitus inspirata sit, maximè competens principibus, comitibus, baronibus, militibus, cæterisque nobilibus, clericis atque generosis personis iurisdictionem, & iurium ipsorum manutentionem habentibus, statui, vt huius vtriusque iuris, scilicet Canonici, & ciuilis notitiam aggredi volentibus, tam in legendo quàm in studendo, facilis, breuis, & planissimus pateat accessus in textibus apparatibus, summis, glossis, recollectis, & omnibus abbreuiaturis legum, & canonum ad omnipotentis Dei laudem, & iuniorum scholarium, sacerdotum, & iuris alumnorum instructionem, quæ aliter fieri non habet, quam illorum informatio, quo scholasticis doctrinis scholas forte regendo sua laborosius oportet quærere nutrimenta. Attento, quod omnis processus artium, & scientiarum

generatiuus,ordinem in se debet habere, & propter vitæ humanæ insufficientiam, breuitatem continere, talem vt sequitur breuissimum instruendi modum obseruandum esse censeo pædagogis nobilium, salua tamen emendatione,meliorantium rationabiliter hunc discendi modum. Præhabitis ergo scholasticis disciplinis,& pueristilibus eruditionibus in Donato, casualibus, & temporalibus, in Alexandri partibus ambabus, declinationibus, coniugationibus,& constructionis ordine,cum moralibus authoribus Catone, vel Faceto, &c.non per vitæ medietatem liberalibus, & adminiculatiuis artibus insistendo, vt sunt Grammatica,Logica,Rhetorica,Geometria,Arithmetica, Musica, & Astronomia, sed his compendiosè transcursis, principalibus scientijs, videlicet tramiti Philosophiæ suadeo cuius appropinquati, & tandem Iuri Canonico,& Theologiæ, Iuri Ciuili, & practicæ finaliter immorari. Nam,vt ait beatus Hieron. Illi in vanitate sensus, & obscuritate mentis ambulant, qui diebus,& noctibus in dialectica arte torquentur,&c. vt in canone,nonne,dist.37.vbi reprehenduntur dialectici,& rerum naturas inquirentes, necnon versificatores,& eadem dist.c.legimus. vbi per vanam dialecticorum garrulitatem, & sophistica argumenta intelligit Hieronymus cyniphes, & ranas quibus Aegyptij sunt percussi.

Primo, præmitto nomina librorum in vtroque iure, tam Pontificio quàm Imperatorio, annectendo cuilibet horum diuisionem in libros partiales. Deinde subiungam modum allegandi in quolibet libro, cum exemplorum positione de abbreuiaturis, vt introitus ad iura capescenda manifestetur. quorum ignorantia paucos excusat,iuxta regulam ignorantia facti non iuris excusat,vt de regulis iuris, ca ignorantia

tia lib.6.quæ regula duos habet articulos principales. Primus, quòd ignorantia facti quemlibet excusat, maximè dum est ignorantia facti probabilis, tunc enim in toto excusat ignorantem, vt in leg.error facti,C.de iur.& facti ign. Quod enim per me non stat, mihi imputari non debet,vt in c.imputari de reg.iur. lib.6.Secundus articulus est,quòd ignorantia iuris ne minē excusat,quia ius quilibet scire tenetur, & nemini licet ipsum ignorante,vt in l.regula.ff. de iur.& facti ignoran.Debemus ergo scientiā iuris omnes appetere,ne in cōtemptum Dei nos incidere contingant. Nam contemptores canonū peccant in Spiritum Sāctum,cuius instinctu, nutu, & gratia ipsi sacri canones æditi sunt,vt 25.q.1.violatores,& c.nulli fas.

Pro quo sciēdum,ꝙ ius est ars boni,& æqui, cuius merito quis nos sacerdotes appellat,id est,sua iura cuilibet ministrātes.ff.de iust.& iur.l.1.respon.2.Est aūt ius nomen generale,& lex est species iuris. Etiam ius dicitur præceptum,seu ordinatio principantis,vel domini circa subditos. Et sic, ius triplex distinguitur, quia talis superior principans,aut est Deus,& tunc dicitur ius diuinum,aut est natura,& dicitur ius naturale primæuum. Aut est homo, & tunc dicitur ius humanum,scilicet gentium,vel ciuile,seu positiuum.

Ius naturale est cōmune omni nationi,eo ꝙ vbique instinctu naturæ non aliqua cōstitutione habetur, vt maris, & fœminæ cōiunctio,puerorū educatio,cōmunis omniū possessio,quia iure naturali omnia sunt cōmunia, idest,cōmunicanda tēpore necessitatis.Nemo enim proprium dicat,quod cōe est,vt dist.17.c. sicut hi in medio, & illud ius æquissimū est,quia eius præcepta in lege,& Euangelio continentur,vt.Quod tibi vis fieri mihi fac.quod non tibi,noli. Sic potes,in terris viuere iure poli, vt dist.1.in princ. distinct.l.pon-

deret,alias cõsideret.2.quæst.6. Decreto de maior. & obed.dilecti.vbi includitur. Nõ furtũ facies,Non mę chaberis,Nõ occides, Non suscipies vocẽ mendacij. Exodi 21.& 24.Deuter.5.cap. Oseæ 7.cap. cũ multis similibus.Hoc ius cępit ab exordio rationalis creaturæ,nec variatur tẽpore, sed est immutabile, plenũ, & perfectũ,dist.5.in prin.& dist.8.in prin. Sed ius positiuũ,est cõstitutio hominis variabilis, & imperfecta. Et subdiuiditur in Canonicũ,& Ciuile. Nam sicut ex duobus cõponitur homo,scilicet, materia, & forma, sic duæ sũt dignitates in Ecclesia militãte,scilicet Põtificalis authoritas,& Imperialis potestas,vt de maio. & obedien.ca solitę. Ex quibus iura duplicia prodierũt.Papa enim est cõditor Canonũ, & Imperator Legũ.Ex quo iã patet causa efficiẽs vtriusque iuris. Sed causa materialis iuris positiui,est Leges, & Canones, Decreta,seu Decretales epistolæ,circa quę omnia versatur ipsũ ius. Et cõcidit cõmuniter causa materialis cũ subiecto. Vnde subiectũ Iuris Canonici est bonũ ecclesiasticũ fideliũ directiuũ, decisionẽ singulorum negotiorũ cõtinens,rerũ ecclesiasticarũ vtilitatẽ conseruãs,vel est homo catholicus dirigibilis,de iure canonico in bonũ humanũ,similiter,& diuinus. Nã sicut scientia supponitur sciẽtiæ,ita subiectũ subiecto. Et Philosophiæ moralis, cui sciẽtia iuris vtriusq; subordinatur,subiectum est bonũ humanũ,igitur &c.sic subiectum Iuris Ciuilis est homo policitus,cõstitutionibus legalibus dirigibilis simpliciter in bonũ humanum,ad Reipublicæ vtilitatẽ conseruandã. Causa finalis satis patet ex dictis. Nã finis iuris est bonos, & scientes efficere,non metu solũ pęnarũ,verum etiam exhortatione præmiorũ.Causa verò formalis duplex est,scilicet forma tractandi,quæ est modus agendi, vt definitiuus,diuisiuus,perceptiuus,prohibitus,& exẽplorum

[margin: Iuris canonici subiectum.]

plorum positiuus. Et forma tractatus,quæ cõsistit in diuisione librorum totaliũ in partiales,& partialium in titulos,seu rubricas,& titulorum in capitula,leges, paragraphos,vel responsa,& cætera vt infra dicetur.

¶Ius Canonicũ in quatuor libris principalibus nobis est traditũ. Primus liber Iuris Canonici, est Decretũ. Secũdus,Decretales.Tertius Sextus liber.Et quartus, Clementinæ,scilicet Cõstitutiones.Pro quo sciẽdum, quòd differentia est inter Decretũ,Canonem, & Decretalem epistolam.Hæc differentia notatur dist.3.§. porrò,vbi dicit Gratianus.Canonũ alij sunt decreta Põtificum,alij statuta Conciliorũ. Nam Canon propriè dicitur statutum in Concilio generali,vel prouinciali factum authoritate episcoporum,vt de consecr. cap.1.Decretũ verò est statutum,quod Papa de consilio Cardinaliũ,ad nullius tamen cõsultationẽ statuit, & in scriptis redegit,vt de rescript.cap.præsenti. Hic autẽ Decretum sumitur pro nomine libri,in quo Decreto sanctorũ patrũ dicta descripta sunt.Capitur etiã aliter Decretũ de rebus eccles. non alien.ca.1.li.6. in glossa magna,in fine, vbi ponitur differentia inter decretũ,authoritatem,& cõsensum, vel collaudationẽ iudicis,&c.Sed Decretalis epistola dicitur,quã Papa solus,vel de consilio Cardinaliũ ad consultationẽ alicuius rescribit,& respondet, vt de rescr. cap. 1. & glo.3. §. omnes hæ species,dist. 3. Etiã inuenitur hoc Decretale, vt 25.quæst.1.omnia decretalia.Indifferenter tamen Decreta,Canones,& Decretales Ius Canonicũ nuncupatur,vel Canones, & vnũ specie pro reliquo sumitur. Vocatur etiam Canonica institutio aliquãdo dogma,quia cõsistit in doctrina fidei Christianæ,de consecr.dist.5.c.fin. Aliquando mandatũ,quia consistit in doctrina de moribus,dist.54.denique. Aliquãdo interdictũ quãdo nulla pęna adijcitur,de con-

Ius Canonicũ

Canon.

Decretum.

Decretalis epistola.

ſecr.diſt. 3.non oportet.Ex quandoque ſanctio,quan do pęna additur 27.q.3. ſi quis vere. Hic ẽt Decretales in plurali numero vtimur pro libro, in quo dicta capitula,quæ etiã Decretales dicuntur, continentur.

Venio nunc ad libros.Primũ itaq; librum Iuris Canonici,qui Decretũ dicitur, compoſuit magiſter Gratianus,non quidẽ inueniẽdo,ſed dicta ſanctorum patrũ in diuerſis diſperſa voluminibus, in vnũ volumẽ debitè,& ordinate colligendo,& hoc circa annũ Dñi milleſimũ centeſimum nonageſimum tertium. Fuit etiã ille Gratianus vnus de trib. fratribus, cuius alter frater, Petrus Lombardus librum Sententiarũ cõſcripſit,& tertius Petrus Comeſtoris,vel Mãducatoris, q Scholaſticã hiſtoriã fecit. Diuiditur autẽ hic liber primus qui dr̃ Decretũ, in tres partes principales. Quarũ prima vocatur Diſtinctiones,quia vlterius ſubdiuiditur in partes cẽtũ,& vnã,quarũ quęlibet diſtinctio dicitur. Habet enim hæc prima pars Decreti diſtinctiones centũ,& vnã,à quibus ipſa tota nomẽ eſt ſortita. Iſtæ autẽ diſtinctiones vlterius ſubdiuidũtur in canones,vel capitula qui canones interdũ propter aliquorũ ipſorũ prolixitatem ſubdiuidi poſſunt in paragraphos,& paragraphi ipſi,ſi longi fuerint,in verſiculos. Secũda pars Decreti nominãtur Cauſæ,& cõtinet in ſe 26.cauſas,in quas diuiditur à quibus,& nomẽ accepit,quæ cauſæ ſubdiuidũtur vlterius in quæſtiones,& hę quęſtiones in canones,vel capitula,quę vltra in paragraphos,& verſiculos,ſubdiuidi poſsũt,vt ſupra de diſtinctione canonũ præmiſsũ eſt. Eſt tamẽ animaduertendũ,quod cauſa 33. habet quęſtiones ſex; quarũ quæſtionum tertia non diuiditur immediatè in canones,vel capitula,ſed ibi interponitur tractatus de pœnitentia,qui continet in ſe diſtinctiones ſeptẽ,in quas diuiditur. Et hę ſubdiuidunt᷑ in capitula,vel canones,

&

& paragraphos,vt supra dicebatur.Et interdũ diuiditur in paragraphos absq; capitulis. Tertia & vltima pars Decreti nũcupatur de Consecratione,& hẽt sub se quinq; distinctiones, in quas diuiditur,quarũ quęlibet in plures subdiuiditur canones, vel capitula, & quandoq; in paragraphos,vt supra dictũ est. Versus.

Decretum centum distinctiones dat,& vnam.
Triginta causas,& sex addit tibi mistas.
Distinguit Septem pęnitentia,consecra quinque.
Authorẽ quarũ tibi declaro Gratiarũ,vel sic breui.
C.distinguit & L.causas dabit X.tria cum sex.
Pœnitet V.versum,vult consecrare reuersum.

Nunc ponẽda,& notanda sunt exẽpla allegationũ. Et de prima parte decreti nota, qđ illa syllaba di. vel dis.etiã sola litera d. significat distinctionẽ, & numerus immediatè sequẽs denotat quotam distinctionis. Vltimo ponitur principiũ canonis,vel capituli,in quo authoritas, vel allegatio cõtinetur.Exemplũ accipe in prima parte Decreti, vbi sic allegatur. 8.distinctione quo iure,& hoc sic abbreuiatur dist.8.quo iure,idest, in prima parte Decreti, in distinctione 8.illius patris, in canone,qui incipit quo iure. Aliud exemplum,distin.38.nomine,& c.legimus,idest,in prima parte Decreti,in dist.37. eiusdem partis. in canonibus, qui incipiuntur,nomen,& legimus.Item aliud,distinct.40. multi,& cap.non loca.& dist.l.ponderet quod declara vt prius.

In secunda parte. Decreti nota,quod per numerũ positũ ante literã.q.datur intelligi quota causæ.Et sic oĩa talia adiectiua numeralia prima,secunda, tertia, quarta, &c.vsq; ad tricesimam septimã ante literã q. posita,semper includunt hoc substantiuũ causa.Nec dẽt ille numerus excedere 36.quia nõ sunt plures causæ in secũda parte Decreti,& per literã q.intelligitur

quæ;

quæstio in nominatiuo,vel alijs casib.secundū exigētiam cōgruitatis. Communiter in ablatiuo allegatur quæstione. Sed per numerū sequentem istam literam q.designatur quota quæstionis illius causę præmissę. Et sic numerus sequēs erit adiectiuū istius substātiui quæstione,per q.designati,quod nunquā subintelligitur,sed semper expresse ponitur. Vltimo subiungitur canon,vel capitulū illius quęstionis,in quo authoritas allegata quęri debet. Exēplum sume de secunda parte Decreti,vbi sic allegatur, 1.q.1.principatus, & capitulo,cū Paulus. Et solet ita breuiari, 1.q.1.principatus,& valet tantū, in secunda parte Decreti in prima causa illius partis,& in prima quęstione illius primæ causę in canonib. incipiētibus principatus,& cū Paulus isto obseruato quòd in toto iure nō breuiatur principiū canonis,capituli,vel legis,sed sēper integre ponitur,prout in libro continetur. Aliud exēplum 11.q.3.inter verba,17.q.4.si quis suadente. Itē 23.q.1. noli æstimare, & c.militare,26.q.5. non liceat, & cap. auspicinæ, in versi.nec ideo. Declara ista exempla, & signāter vltimū,in secūda parte Decreti,in causa 26.in quæstione 5.eiusdē causæ,in canonibus qui incipiunt, nō liceat, & aruspicinæ,in ver.nec ideo. Quia tamē tractatus de pęnitentia inseritur in quæstione 3. ipsius causæ tricesimæ tertiæ,vt supra dictum est,ideo sumatur exēplū vbi sic allegat, de pęnitētia dist. prima homicidiorū, & capitulo, homicidiū, hoc sic breuiatur de pę. di. 1. homicidiorū,& c.homicidiū,idest,secūda parte Decreti in causa 33.in q.3.istius 33.causæ, in dist. 1.illius quæstionis,in tractatu de pęnitentia,in canonibus,qui incipiunt. Homicidiorum, &c. Aliud exemplum, de pęnitentia dist. 5.oportet enim de pœ.d.7.c.1.intellige vt prius, & specialiter vltimum,id est, in tractatu de pœnitentia.dist.7.& vltima istius tractatus, in capitulo

pitulo

pitulo primo huius distinctionis. Et sic quando allegatur capitulum 1.2.vel 3.non ponitur principium capituli,vel canonis,&c.

De tertia parte Decreti pone exẽplum, vbi allegatur hoc modo,de cõ.di.1.nocte sancta c. missas,& c. oĩs Christianus. Quod ita breuiatũ sic intelligitur, id est,in vltima parte Decreti,q̃ intitulatur, De cõsecratione,in prima distinctione illius partis, in canonibus qui incipiunt.Nocte sancta,&c.Itẽ aliud exemplũ,de conf.dist.2.in cœna, & c.liquido,de conf. dist.5. non mediocriter ne tales,&c.nusquã,id est,de consecratione,distin.2.& 5.in capitulis incipiẽtibus.In cęna. Liquido,&c.Nõ mediocriter,&c.Non debet autẽ in tertia parte Decreti vltra quintam distinctionem allegari,sicut nec in secunda parte vltra septimam,& in prima parte nõ vltra cẽtesimamprimam,quia nulla partium plures habet distinctiones. Ideo vltra allegans notaretur tãquã imperitus errare. Et quia in qualibet parte Decreti sunt distinctiones,nota differentiam in allegando. Nam quãdo allegatur distinctio absolutè cũ numero,sine addito alterius determinationis,vt dicendo,distin.1.2.3.4.vel 5.&c.tunc quęrendum est in prima parte Decreti,vbi sunt centũ,& vna distinctiones.Quando autẽ allegatur distinctio cum addito.de pęnitentia,vt fit,de pęn.dist.1.2.3. &c.tunc quęri debet in secunda parte Decreti,in causa 33.& q.3.illius causę vbi ponitur Tractat.de pęnitentia,qui hẽt 7.distinctiones,vltra quas non allegabis ibi,si velis Iurista videri.Sed si allegatur dist.cum addito tali, de consecratione vt fit.de consecra.dist.1.2.vel 3.&c.tũc quęratur in tertia parte Decreti , vbi sunt tantũ quinque distinctiones, nec etiã plures allegabis , alias te ostendes lunis ignarũ.Et sic in omnibus his tribus partibus Decreti allegatur cõstitutio cũ quota sequente,sub ea

diffe-

differẽtia,quòd interdũ nulla determinatio præcedit, vt in prima parte interdũ præcedit,& hoc dupliciter. Aut præcedit de pœni.vt secũda parte Decreti. Aut de consecratione, vt in tertia parte Decreti. Itẽ in secunda parte allegatur quota causæ,tacẽdo illud nomẽ causa, sed subintelligẽdo; & sic etiã in fœminino genere adiectum, numerale substantiuatur, includẽdo suum substãtiuũ,vt prima,secũda,tertia,quarta,&c. subaudi causa,deinde substãtiuum,quæstio, cũ suo adiectiuo expresse ponitur,scilicet quæstione prima,secũda, tertia,quarta,&c. Postea initiũ canonis,vt.Omnis Põderet.Nonne Legimus,&c. Etiã quandoque per paragraphos allegatur omisso nomine capituli,& subiungitur principiũ paragraphi,vt 2.q.6.§.biduum. Et frequenter quando allegatur capitulum,non est opus allegare paragraphum,& è côuerso.Si verò capitulũ est longũ,dicatur in prin.med.vel fi.aut circa princ.med. vel fi.vbi authoritas,vel textus allegatus habetur. Finaliter. Dilige Decretũ si gliscis canonicari. Distinguit, causat.pœnitet. & côsecrat. Et tantũ de primo libro.

Decretalium.

Secũdus liber iuris Canonici,q Decretales nominãtur, à Gregorio Papa IX.compositus est, qui in vnam compilationem redigi procurauit,per magistrũ Raymundũ suum capellanum, diuersas decretales epistolas prædecessorũ suorum corrigens, & côcordans, & hoc circa annum. Dñi millesimũ ducẽtesimũ trigesimum primũ. Et sic pene annis 38. post compilationẽ Decreti, Decretales in hanc formã redactæ fuere. Nã post hoc sub anno Domini MCCXLVI. Concilium Lugdunense fuit celebratũ, ab Innocentio Papa IIII. anno sui pontificatus II.in quo multas edidit côstitutiones,quas etiam suo tẽpore super Decretales côscripsit. Et iste liber Decretales vocatus diuiditur in qnq; libros partiales. Quorũ quilibet vlterius subdiuitur in

multos

multos titulos, vel rubricas, tituli in capitula, & capitula in paragraphos, & hi interdū in versiculos, primus aūt liber partiales Decretaliū, tractat de ꝑsonis ecclesiasticis, & ecclesiæ ministris, & de eorū officijs, q̄uo tales creādi, & ordinādi sūt. Et continet titulos 43. Secūdus liber Decretaliū, est de iudicijs, & de requisitis in iudicio, & habet 30. titulos. Tertius est de vita, & honestate clericorū, & rebus eorū, & rebus ecclesiarum, & habet titulos L. Quartus de spōsalibus, & matrimonijs, & de cæteris his annexis, & continet 21. titulos. Quintus, & vltim⁹ liber partialis Decretaliū, est de accusationib⁹, de criminibus, & de diuersis pęnis ꝓ ipsis infligendis, & cōtinet titulos 41. Oībus ergo cōputatis, totalis liber Decretaliū habet titulos, vel rubricas ducentas, minus quindecim, hoc est centum, & octoginta quinque. De quibus prædictis nota hos versus.

Pars prior officia creat ecclesiæ quæ ministros.
Altera dat testes, & cætera iudiciorum.
Tertia de rebus, & vita presbyterorum.
Quarta docet quales sint ritus coniugiorum.
Quintaq. d̄ vitijs, & pęnis tractat eorū. Vel sic breui⁹
Iudex, iudicium, clerus, sponsalia crimen.
Hæc tibi designāt, quid quæque volumina signant,
De numero titulorum versus nota sequentes,

Bis septē demptis simul vno ferro ducētos titulis ponentur infra ꝓsaicæ, & metricè. Nunc sumantur. Qui exēpla ex Decretalibus, vbi sic allegatur de sūma Trinitate, & fide catholica, dānamus, hoc ita breuiari solet de sum. Tri. & fi. ca. damnamus. Aliud exemplū, de electione, & electi potestate. cū in cunctis, hoc ita breuiari solet. de elec. cū in cunctis, id est, in libro Decretalium, sub titulo, de electione, in capitulo ꝙ incipit cū in cunctis. Aliud exemplū, de foro cōp. diligēti. Aliud de. vi. & ho. cler. vt clericorū. Aliud, qui cle. vel vouen.

mā

ma contra pos. consuluit. Aliud de pe. & re. omnis vtriusque. Ista exempla breuiata suo modo sunt explicanda vt primum exemplum,& ita de alijs.

Tertium librũ, qui Sextus appellatur, cõposuit Bonifacius Papa VIII. in quo Decretales epistolas suorũ prædecessorũ, videlicet Greg. X. Inn. IIII. Clem. IIII. & aliorũ cũ suis proprijs epistolis recollegit in vnum librũ, quem Sextũ appellauit, nõ sic quòd ille cũ alijs v. partialibus libris Decretaliũ in vnũ volumẽ Sextus connumeretur, sed quia liber est specialis post dictocumque editus, supplens defectũ diuersorum casuum emergentium, in alijs non cõprehensorũ. Et sunt promulgatę cõstitutiones libri Sexti, anno à natiuitate Domini millesimo ducẽtesimo nonagesimo octauo. Nonis Martij, Pontificatus Bonifacij, Papæ octaui, anno iiij. Diuiditur autẽ Sextus eodẽ modo in quinq; libros partiales sicut Decretales, & quilibet horũ librorũ in titulos, & hi p capitula, & paragraphos, vt supra quãuis in Sexto nõ sint tot tituli sicut in Decretalibus, nec tot capitula in titulis. Sed vbi deficit aliquid nõ plenè decisum in Decretalibus, id ponitur in Sexto. Sũt nanque modo sumẽda exẽpla de libro Sexto, vbi sic allegatur de cõstitutionibus, vt animarum, libro sexto, & de rescrip. statutũ, §. cũ verò ver. nullus lib. 10. Hoc intelligitur, id est, in libro sexto, sub titu. de cõstitu. in capitulo quòd incipit, vt animarũ. Et sub titulo de rescriptis, in c. quod incipit statutum, in §. illius capituli, qui incipit, cum vero, in versiculo, nullus, libro eodem. Et sciendũ, quod in Sexto allegatur eodẽ modo, vt in Decretalibus, hoc solùm mutato, quòd in sexto allegãdo sẽper in fine additur lib. 6. propter differẽtias librorũ, quia omnes rubricę Sexti sunt etiam in Decretalibus. Debet ergo ad rubricã post capitulum addi libro sexto, vt sciatur esse in Sexto. Quod si non additur, quęre-

retur

retur c.allegatũ in Decretalibus, & ſic errare contingeret ex omiſſione huius additionis libro ſexto, quia capitulum allegatum in Sexto non inueniretur in Decretalibus. Alia plura poſſunt exempla ſumi, vt de iudic. mulieres, §. cæterum, & c. ſeq. lib. 6. de cle. coniug. c. vnico, §. in cæteris autẽ, eod. lib. de conceſ. præben. deteſtanda, lib. 6. de cenſi. quamquam eo. lib. quæ ſunt declarãda ſuo modo vt ſupra. Et tantũ de tertio libro.

Quartũ librũ iuris canonici, qui Clemẽtinę dicitur, ſubaudiendo cõſtitutiones, incæpit & edidit Clemẽs. Papa V. ſub anno Domini milleſimo tricenteſimo decimo, in Concilio Viennenſi, quod ſex mẽſibus tantũ durauit, ſed ipſe Clemens morte præuẽtus, ad publicũ non perduxit, ſed poſt eum Ioannes Papa XXII. compleuit, correxit in quibuſdã mutauit, & executioni demãdauit. Quæ cõſtitutiones ita collectæ dicũtur Clementinæ, à Clemente V. & fuerunt promulgatæ anno Domini milleſimo triceſimo ſexto. 4. Calẽdas Nouẽbris. De quo vide glo. in proœmio Clementinarũ in ver. Nouembris, & in verbo Põtificatus. Et secũdum Ioan. Andr. in proœmio huius libri male dicũt illi, qui allegant librũ ſeptimum, quia dictæ cõſtitutiones nõ ſunt cõnumeratæ ſub nomine libri, ſed debent intitulari Clementinæ, vt ſupra dictum eſt. Et diuiduntur Clementinæ eodẽ modo in quinque libros, iuxta materiam iſtius verſus Iudex, iudiciũ, clerus, ſpõſalia, crimen. de qua tractant, ſicut Decretales & Sextus, licet pauciores cõtineãt titulos, & tituli pauciora capitula, in quos & quæ rurſum diuidũtur. Sunt autem exempla taliter in his accipiẽda, vbi ſic allegatur, de hæreticis ad noſtrum in Clementinis, hoc ſic breuiatur, de hæret. ad noſtrum, in cle. 1. in cõſtitutionib. Clemẽtinis ſub titulo de hęreticis & Manichęis in capitulo, qđ incipit. Ad noſtrum. Aliud exẽplum, de reliq. & vene.

ſanct.

ſanct.ſi dominum,in Clemen.ideſt,de reliquiis & veneratione ſanctorum in capitulo. Si dominũ in Clemẽtinis,& ſic de aliis. Nam hic allegatur per omnia ſicut in Decretalibus,ſolũ eo dẽpto,quòd additur hic in Clemen.ſicut in Sexto, additur libro ſexto, pp rationẽ ibi dictã. Et poteſt hæc additio præmitti, vt ſic allegando, Clemen. paſtoralis, §.rurſus,in fi.ideſt,in Clementinis,in capitulo Paſtoralis,§.rurſus, in fin.illius paragraphi, vbi dicitur, Qui falcẽ mittit in meſſem alterius, perperã agit. Et hęc de allegationibus, & exemplis iuris Canonici quo ad quatuor libros ſufficiant. Et vt dicti libri cognoſcãtur, ſciendum quòd Decretũ ſic incipit Humanũ genus duobus regitur, naturali videlicet iure,& morib. Decretales incipiũt, Gregorius epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Sextus incipit. Bonifacius epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei,clementinæ diuerſi mode ſolent incipi. Quandoque ſic, Ioannes epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Quoniam nulla iuris ſanctio. Quandoque ſic,Clemens epiſcopus &c.Fidei catholicæ,fundamento &c. Et antequã veniam ad materiam Decreti, in diſtinctionibus & cauſis,ad rubricas in Decretalibus de libris legum,& allegationibus in eis præmitto.

Ius enim Ciuile vel Imperatorium(quod Leges appellatur) traditum eſt nobis in multis, & generaliter in quatuor voluminibus, quæ dicuntur libri legales, vt ſunt Digeſtum,Codex,Inſtituta,& Authenticum, quibus additur liber Feudorum.

Digeſtũ Primus ergo liber Iuris Ciuilis, eſt Digeſtũ, continẽs leges,& ſtatuta Romanorũ,Et cõtinet in ſe quinquaginta libros partiales,qui in trib.voluminibus cõprehenduntur. Primum volumen eſt Digeſtũ vetus quod habet xxiij.libros partiales. Secũdum,Infortiatum,& habet xiiij.libros partiales. Tertium Digeſtũ

nouum,

nouum,quod xij. habet libros partiales, quibus connumeratis erunt 1.libri particulares. Et vocatur Digestum alionomine Pandecta, nomen compositum à παν,quod est totum, & participatio verbi δέχομαι quod est capio,quasi oĩa intra se comprehendens,est enim volumen aliquod oĩa vniuersaliter continens. Vnde Iustinia.libros in quibus vetera iura colligit Pādectas appellauit. Volumina illa (inquit Budęus) nihil non continentia,& ex quibus possis quod velis,velut è Cornucopia depromere,dicuntur Panedectæ,vt Panedectæ legum, quæ omnes ius complectuntur Gell. libro xij. Tullius Tyro Cicerones libertus, libros de varijs ac promiscuis quęstionibus cõposuit,quos Grę co vocabulo Panedactas id est,promiscua & multifaria continentes,libros inscripsit, tanquã omne rerum ac doctrinarũ genus continẽtes,vt dicitur in l.2.C.de vete.iur.enuel.an.§.cum omnia. Et iste liber Digestũ est collectus ex veteri iure,quo ab vrbe Romana conditum,& à tempore Romuli,vsq; ad tempus Iustiniani Imperatoris fere per mille annos & trecentos confuse statutũ fuit,& extendebatur in duo pen.millia librorũ, & decies centena millia versuum, id est paragraphorũ vel responsorũ, vt habetur in §.cũ omnia, præallegato. Vocatur autẽ hoc nomine Digestũ quia omnia decidẽda ibi deriguntur,& soluuntur. Scribitur etiã per duplex,ff..cõtra morem omnium librorũ legalium,cũ nulla litera f,ponatur in hoc nomine Digestũ. ideo(vt aiunt quidã) quia per duos Imperatores,quorũ quiuis Federicus nominabatur,postea maturius ruminatũ est & & digestũ à quorũ Imperatorũ quolibet nomine sũpta est prima litera f,&c. Alij dicũt esse arbitrarium,nec omnium rationẽ esse reddendã,vt in l.non omnium,ff.de legi. & senatuscon. In fortiatum autem dicitur ab,in id est valde, & for-

te,quia multum fortes leges in eo sunt, vel quia dispositiones timarum voluntatum in illo sunt. Vnde,

Sum liber en fortis disponens spolia mortis.
Et clausis portis me discat lector in hortis.

Vt habetur in principio Infortiati in gl j.vbi et dicitur,de nominib9,disputare relinquit pertinacibus,secundũ Tullium,& nomina magistralia sunt ideo de eis non est disputandũ.Sufficit saltem quòd attendatur, quid in libris dicatur? secundum Senec. Vnde.

Qui vult seruare Sanctorum singula festa,
Non poterit clarè cum Codice scire Digesta.

Et nota quod quãdo in Digesto veteri,Infortiato,vel Digesto nouo allegatur aliquis textus,tũc primo ponitur nomẽ libri nõ partialis, nec Veteris Noui, vel Infortiati,sed Digesti in genere,p duplex,ff.posteà titulus vel rubrica, deinde apponit lex illius tituli cũ sua de terminatione,vel numero sequẽti.Et si lex est longa,ponitur,§.primus vel secũdus,vel respõsũ primũ, vel secundũ &c.Exemplo,in Digesto sic allegatur,ff. de dãno infecto,l.si finita,§.si quis autẽ,quod ita breuiatum,tantũ valet.id est,in libro Digestorũ,sub titulo de damno infecto,in lege,quæ incipit.Si finita,in §. si quis autem,illius legis. Aliud exemplum,ff.ad leg. Rhod.de iac.l.nauis, §.cũ autẽ, id est.ff. ad legẽ Rhodiam de iactu,in l.nauis.in §. cum autem. Aliud exemplum, ff. si quadru. pau. fecis. dic.l.1.§. cum arietes, idest Digestis in rubrica, si quadrupedes pauperiem fecisse dicatur, l.1.in paragrapho, cum arietes,Item. ff.de vi.& vi ar.l.1. §. vim vi,idest,ff.sub titulo de vi & vi armata,in l.1.&c.& sic de alijs.

Secũdus principalis liber Iuris dicitur Codex, qui cõtinet statuta, sanctiones,& diuersa præcepta Imperatorũ quamuis cõiter loquẽdo Codex,dicatur quilibet liber in se habens diuersos libros partiales. Fuerunt

runt tamen ante tempus. Iustiniani Imperatoris tres Codices, scilicet codex Gregorianus, Hermogenianus, & Theodosianus. Ergo diuus Iustinianus volens circa hoc adhibere remedium, direxit animum suũ ad constitutiones Imperiales, & de istis tribus codici, extrauagantibus fecit fieri vnum codicẽ, quem suo felici nomine intitulauit Codicem Iustiniani, vt patet in rubrica proœmij huius libri. Et scribitur per C. magnum, quæ est prima litera huius nominis Codex. Diuiditur autem in xij. libros partiales, quorum vltimi tres longe post primos nouem compositi sunt, & vltimi tres rarò leguntur a doctoribus. In primis aũt ix. libris Codicis allegatur suo modo sicut in ff. primo ponendo nomẽ libri Codicis, deinde titulum, postea legem cum suo principio vel nnmero. Exemplum accipe sic allegans, C. de præscrip. 30. vel 40. ann. l. si qs. §. pen. idest, in libro Codicis, sub titolo de prę scriptionibus 30. vel 40. annorũ, in l. si quis, in §. pen. Alia exẽpla C. de sacro. eccl. l. sancimus in fi. C. de transf. l. vt responsum C. de vet. iu. enucl. l. 2. §. si quid in tantã, &c. Quæ sunt omnia extensis rubricis declarãda. In vltimis tñ tribus libris hoc refert, ꝙ in fine allegationis (vt pręmissum est) additur numerus libri, vt allegando, C. de armorũ vsu iuxta principem l. 1. lib. 10. C. de Murilegulis & Gyneciarijs. l. & c. li: 11. C. de dignita. l. si vt proponis. li. 12. similiter de alijs. Et est magis necessarium quosdam titulo plenius scribere, quia sunt in his libris trib. valde rari & inusitati tituli quia non frequẽtatur in scholis legẽdo, sicut alij libri 9. Codicis. Et volunt aliqui dicere, quòd quãdo in Codice allegatur, nõ sit necesse addere l. dicẽdo sic. C. de iud. l. properãdũ, sed simpliciter debeat dici, de iudic. properandũ. sine hoc addito, lege, nisi esset lex j. ij. iij. vel penultima, vel antepenultima. Tũc enim oporteat ad

di.l.j.ij. vel penult. &c.Sed siue hoc in toto seruatur siue non,non est magna vis.Item interdum in Codice allegatur Authentica,quæ est antiquo iuri superaddita,& incorporata, vt C.de episc. & cler. Authent. generaliter, idest,in Codice sub titulo de episcopis, & clericis,in Authentica ibi incorporata,quę incipit, Generaliter.

Tertius principalis liber vocatur Authenticum in numero singulari,& Authentica Authēticorū in numero plurali.Et sunt Authētica quędā excerpta,quasi summula librorū supra dictorū. Et diuiditur iste liber in ix. collationes,quarū quælibet subdiuiditur in titulos.Tituli aūt subdiuiduntur nō in leges,sed in paragraphos, & qñ ex Authētico allegatur aliquis textes,præmittitur primò nomen libri cū præpositione in,deinde ponitur titulus,postea subiūgitur paragraphus cū ipsius inceptione, & in fi.ponitur quota collationis. Quamuis.n.collatio naturaliter præcedit paragraphū,qui in ea continetur, tamen collatio cū sua quota cōsueuit vltimò allegari,licet ēt interdū omittatus. Exemplum sumatur sic allegando. in Authen. de lenonibus.§.sancimus.col.iij.id est,in libro seu volumine Authēticorū, sub titulo de lenonibus,in §.qui incipit.Sancimus. sub colla.iij. Aliud exēplum.in Auth.de trien.& semis.§.consideremus.colla.iij.id est in Authentico de triente,& semisse,in §.consideremus. &c. Itē in Authent.vt diui.iuss.subscript.ha.glo.quæ. §.1.coll.viij.idest,in hoc libro, sub titulo, vt diuinæ iussionis subscriptionē habeant gloriosissimi quæstoris,&c. Et nota differētiā inter Authēticū,& Authenticā.Nam Authenticum est liber principalis Voluminis,de quo iam mētito facta est, sed Authētica est lex vna vel Paragraphus incorporatur in lib. C. & allegatur hoc modo, sicut etiam prædictum est in libro.

C.in Authen. multò magis.C.de sacr.sanct.eccl.&c.

Liber Feudorum,qui alio nomine dicitur Collatio x.diuiditur in duos libros partiales,quorum quilibet subdiuiditur in titulos,& isti in Capitula,& Paragraphos. Vnde vt exemplariter dicatur in allegatione huius libri, primò ponitur nomen libri, posteà titulus, deinde capitulũ;& §.vt sic allegando in libro,alias & cõmunius in vsib.feud.de prohib.feu.alien.per Federic.c.1.§.hac edictali.Et hoc breuiatũ sic intelligitur, id est,in Vsibus feudorũ(quilibet et Collatio decima dicitur) sub rubrica de prohibita feudi alienatione per Federicum in c.primo, & paragrapho allegato. Et est necesse apponere per Federicũ, ad differentiã alterius tituli in eodem libro de prohib. feud. alien. per Lotharium. Potest etiam nomẽ libri vltimò subiungi,vt in hoc exemplo.quib.mod.feud.amit.c.vnico.§.rursus.in vsibus feud.id est,in rubrica, quib. modis feudum amittat.c.vnico,in §.rursus,in vsibus feudorum. Etiã interdum allegatur collatione decima, sic breuiando. collatio.x.quia iste liber post ix.collationes authẽticorũ æditus est.Alia possunt accipi exẽpla multa. De feu.march.duc.& com.idest de feudo marchię,ducatus,& comitatus. De inuest.in man.fac. id est, de inuestitura in manũ de facta. De milit. vasal.qui contum.est id est,de milite vasallo, qui cõtumax est.Qual.vas.iur.deb.dom.fid.id est,qualiter vasallus iurare debet domino fidelitatem.Et ita de omnibus alijs extẽdẽdo, & abbreuiãdo rubricas,cũ subiunctione tamen c. & §. in quo continetur authoritas vel textus allegatus.Et tantũ de libro Feudorum.

Quartus liber prĩcipalis dicitur Institута,vel Institutiones in numero plurali. Et diuiditur in quatuor libros partiales,qui sunt introductorij in alios libros legales, imò deseruiũt et Canonibus,in quãtũ declarãt

significationes terminorũ in Iure vsitatorũ, qui multum vtiles sunt incipientibus, tanquam ostium in domum, in Ius præbentes introitum, Quare consultũ est omnibus, quasi modò genitis puris, & adultis lac iuris cõcupiscẽtibus, p. Institutionũ dogmata sua primaria sumere nutrimẽta, vt doctrina præambula informati Iustiniani mereãtur sanctioni securius inhærere. Quæ à Christianissimo Iustiniano Imperatore regulariter deriuata omniũ Imperatorũ authoritate iubet, vetat, vindicat, punit, atque permittit, Nullus ergo tã præsũptuosus existat, ꝙ sine Institutionũ doctrinis ad Iuriũ, & maximè ciuiliũ sublimitates conscendere attentet quoniam ex alto irremediabiliter corrũnt, qui volare satagũt ante, quàm pennas assumant. Fuit autẽ hic liber de mãdato Iustiniani Imperatoris (qui etiam Digestum cõposuit) editus, post Digestum, & post primam compositionem Codicis, ante tamen secũdi Codicis, quem nunc habemus compilationem, per magnificũ magistrũ Tribonianum Quæstorem sacri palatij sui, cum Theophilo & Dorothæo viris Illustribus, vt in principio Institutionũ dicitur Et huiusmodi libri partiales subdiuidunt vlterius in titulos, & hi in paragraphos, nõ in leges nec in capitula, & paragraphi interdũ quãdo lõgi sũt in versiculos. In allegationibus autẽ huius libri talis modus obseruatur, ꝙ primò liber nominatur, postea rubrica, deinde paragraphus cum versicul. Exempli gratia. Instit. de iust. & iur. §. j. idest in libro Institutionum, sub rubrica de iustitia, & iure in §. primo illius rubric. Aliud. Insti. de iur. nat. gen. & ciui. §. sed quoties. id est, Institutionib. de iure naturali gentium & ciuili paragrapho allegato. Item, Insti. de hære. insti. §. hæreditatis est, hæredibus instituendis. paragrapho qui incipit hæc veritas, & sic de alijs exẽplis accipiẽdũ est. Et hæc de nominibus, diuisionibus,

&

& exẽplis ipsorũ librorũ legaliũ pro nunc sufficiant; Vt tamẽ plenius noscantur hi libri. nota, quòd Digestum vetus sic incipit, iuri operam daturũ prius nosse oportet, vnde nomen iuris descendat. Et primus titulus est, de iustitia & iure, Infortiatum verò sic incipit. Dotis causa semper & vbique est præcipua. Et primis titulus est, Soluto matrimonio quemadmodum dos petatur. Sed Digestum Nouum incipit. Hoc edicto permittitur, vt siue iure, siue iniuria erat opus, per nuntiationẽ inhiberetur. Et est primus titulus de Noui operis nunciatione Codex incipit, Imperator cunctos populo. Et prima rubrica est, De sum. Tri. & fi. cath. Præmittitur etiam proœmium. Hæc quæ necessario. Authenticum incipit. Occupatis nobis circa totius reip. curas. Et est prima rubrica. Si hæres soluere legatum noluerit. Decima collatio, quæ etiam liber de Vsibus feudorum dr̃, sic incipit. Quia de feudo tractaturi sumus, videamus primò, qui feudum dare possunt. Et prima rubrica est. De his, qui feudũ dare possũt, & qualiter acquiratur, & detineatur. Institutiones verò sic incipiũt, Imperatoriam maiestatem non solũ armis decoratã, sed et̃ legibus oportet esse armatam.

Notandũ etiam est, quod quidã liber paruum Volumen appellatus est, cõtinens in se aliquos prædictorum librorum totalium, & aliquos partialium, videlicet Authentica, Vsus feudorum, & tres vltimos libros Codicis, scilicet x. xj. & xij. qui raro legi consueuerunt, & titulos habent plerosque rarissimos.

PRæmissis itaque nominibus, & diuisionibus librorum vtriusque Iuris cum modis allegandi vt ipsis, nunc pro breuiaturis glossarum legendis, subiungam quoddam alphabetum, in quo communiores saltem abbreuiaturæ textuum, & glossarum Iuris continebuntur, quod sic incipit.

A, vel B, &c. quæcunque literarum alphabeti posita sola in textibus Iuris maximè Decre. signat nomẽ proprium viri, vel mulieris, vt Arnoldus, Bernardus, & sic de alijs, vt de testi. ex parte A. idest, Adæ, & sic alijs.

Ab. id est, Abbas, scilicet Lapus, vel de Casteliano.

Ac. vel Accur. id est, Accursius glossator in legibus. Hic duos habuit filios, vnus vocabatur Franciscus Accursij valẽs doctor, qui glossis patris suis multas fecit additiones. Alius nomine Ceruotus, qui fecit etiã additiones, quæ dicuntur Ceruotinæ, modicũ tñ valẽtes quarum vna ponitur C. de æden. in l. 1. Et sic filius põt in iuro partem reprehendere, vt ff. de condi. ob cau. in moribus secus, licet possit dari tutor patri furioso.

Al. vel Alb. id est, Albertus doctor, vel Albericus.

Ala. id est, Alanus.

Ap. se. le. id est, apostolicæ sedis legatus.

Ap. re. id est, appellatione remota.

Ap. ob. re. id est, appellatione obstaculo remoto.

Ant. de But. id est, Antonius de Butrio.

Ar. vel arg. id est, argumentum.

Arch. id est, Archidiaconus, magister Ioã. Andreæ, qui glossauit ẽt Sextũ, & scripsit Rosariũ super Decreto.

Ad no. præ. id est, ad nostram præsentiam.

Aut. vel Authen. id est, Authenticorum liber, vel Authentica lex incorporata.

Az. id est Azo. qui fecit Summam vnam in legibus, ex qua sumunt examinãdi continuationes rubricarũ.

Bern. Ber. B. id est, Bernardus glossator Decretalium.

Barth. Brix. id est, Bartholomæus Brixiensis, qui fecit additiones glo. super Decreto, quas si Decretum habet, sic incipit glo. eius. Quoniam noui superuenientibus causis, nouis est remedijs succurrendum.

Bart. id est, Bartolus de Saxo ferrato, legum interpres.

Bal. vel Bald. id est, Baldus in vtroque Iure scribens.

Band.

Band.id eſt, Bandinus doctor.
Bo.me.id eſt,bonæ memoriæ.
Bulg. id eſt, Bulgarus doctor.
But.id eſt ,Butrius,ſcilicet Antonius de Butrio.
C.in textu poſita Celeſtinum ſignat,maxime quando apponuntur hæc verbâ prædeceſſor noſter, aliàs in gloſſis.ſummis,vel lecturis,C. magnũ ſignificat codicẽ,communiter in ablatiuo caſu. Sed c. paruum, id eſt,capitulo,vel centeſima, in diſtinctionibus.
Cy.id eſt,Cynus doctor legum.
Ci. id eſt, ciuis.
Cle.vel Glem.id eſt,Clementinæ,vel Clementinis.
Card.id eſt,Cardinalis doctor.
Conſtit.id eſt,conſtitutio.
Compoſt.id eſt,Compoſtellanus doctor.
Cen.eccl.id eſt,cenſura eccleſiaſtica.
Con.t.t.r.id eſt, cõſultationi tuæ taliter reſpõdemus.
D. ſola,vel diſt. id eſt,diſtinctione.
De pœn.id eſt,de pœnitentijs.
De conſ.id eſt, de conſecratione.
Dil.fil.id eſt,dilectus filius.
Dama.id eſt,Damaſus Papa.
Dy.id eſt,Dynus doctor.
Diſ.ve.id eſt,diſcretioni veſtræ.
Do.de Ro.id eſt, domini de Rota.
Durand.id eſt,Durandus doctor.
E.ſola & magna,nomen propriũ, è parua,eodẽ vel eadẽ,maxime qñ ſequit̃ titulo,diſtinctione,vel lege.
Eccl.Rom.id eſt,eccleſia Romana.
Extra.id eſt,extrauagans.

Et hic eſt ſciendum, quòd quando in Sũma de caſibus,in Sũma Piſana,vel alicubi in libris Iuris ponitur authoritas ex Decretalibus,tũc allegatur extra, & ſignificat extra vagantem, ſcilicet textũ,vel capitulum

extra

extra corpus Decretorum positum. Decretalis enim paulò ante compilationem, correctionem, & concordationem ipsarum erant extrauagantes, quia vagabãtur extra illud volumen. Hodie autem per modernos Canonistas capitula in decretalibus, in Sexto similiter, & in Clementi. non consueuerunt allegari extra, quia talia capitula modo non vagantur extra corpus Iuris Canonici. Sed legistæ prædictorum librorum textus allegant extra, eo quia sunt extra corpus sui Iũris, scilicet Ciuilis. Verũ est, quod Canonistæ adhuc hodie aliquos textus etiam Canonici Iuris, allegant extra, videlicet hos, qui sunt extrauagantes nondum incorporati Iuri Canonico.

Fa. id est, facit.

Fe. re. pre. n. id est, felicis recordationis prædecessoris nostri.

F. t. id est, fraternitati tuæ.

Fi. id est, finale, vel fine.

ff. id est, digestis.

Fri. de Zen. id est. Fridericus de Zenis.

Fran. de Za. id est, Franciscus de Zabarellis, doctor, & Cardinalis.

Flori. id est, Florianus doctor.

Fri. Imper. id est, Fridericus Imperator.

F. t. t. r. id est, fraternitati tuæ taliter rispondemus.

G. in Spe. Gulielmus in Speculo.

G. de mon. Laud. id est, Guilielm⁹ de mõte Lauduno.

Guil. id est, Guilielmus doctor.

Gen. id est, Genshelinus doctor.

Gra. id est, Gratianus compilator Decreti.

Go. vel Gof. id est, Goffredus, qui composuit Summã in qua recitant examinandi in Iure Canonico continuationis rubricarum, & alia plura.

Gar. id est, Garsias doctor.

Hu.

Hu.vel V.id eſt,Hugo,vel Vgutio.
Ho.vel Hoſt.id eſt,Hoſtienſis doctor.
Hen.Bo.id eſt,Henricus BoicK.
Hon.id eſt,Honorius Papa.
Het.id eſt,Hermanus doctor.
I.ſola,vel cum titulo ſic j.denotat infra.
Pro quo ſciendum, quando textus allegatur,qui etiã poſtea habetur,ſiue in eodẽ libro,ſiue in alio,eiuſdẽ tñ Iuris,tunc dicitur infrà,& ſcribitur per j.longũ,cui ſupraponi poteſt titulus: vt ſic j.titulo proxim.c.j.ij.id eſt infrà titulo proximo cap.j.&c.
j.eodem titulo,id eſt,infra eodem titulo.
j.breuis ſignificat vnum,vel primo.
Io. Mo. id eſt, Ioannes Monachi gloſſator Sexti in Francia.
Io.And.id eſt,Ioannes Andreę,etiam gloſſator Sexti, & Clementinarum,qui & Nouellas conſcripſit,valentiſſimus doctor.
Io.Imo.id eſt, Ioannes Imola, modernus doctor ſuper Decretalibus notabiliter ſcribens.
Io.vel Ioan.id eſt, Ioannes gloſſator Decreti Theutonicus,quem aliqui nominant Ioannem antiquum.
Io.de Lig.id eſt,Ioannes de Ligniano.
Io.de Fan.id eſt,Ioannes de Fanturijs.
Inno.vel Innoc.id eſt Innocentius Papa.
Imo.id eſt,Imola,ſubaudiendo Io.
Iac.de Liz.id eſt,Iacobus de Lizano.
Iac.de Are.id eſt,Iacobus de Arena.
Iac.But.id eſt,Iacobus Butrigarij.
Iac.Bal.id eſt,Iacobus Balduini.
Iac.de Bel.id eſt,Iacobus de Beluiſo.
L.ſola,id eſt,lege,vel quinquaginta in nu. diſtinctionum.
Lap.ab id eſt,Lapus abbas doctor.

Lamb.

Lamb.de ramp.id eſt,Lambertus de ramponibus.
Lud.de Ro. id eſt, Ludouicus de Roma doctor.
La.vel Lau.id eſt, Laurebtinus in gloſſis Decretaliū.
Lib.id eſt,liber,vel libro,ſecundum exigentiam conſtructionis.
M.vel Mar.id eſt,Martinus doctor.
M.vel man.id eſt,mandamus.ſignanter quando litera,q.ſequitur, vt M.q.id eſt mandamus quatenus.
Mo.can præ.id eſt, monitione canonica præmiſſa.
Ni.Sic.do.id eſt,Nicolaus Siculus doctor,qui aliter dicitur Panormitanꝰ,vel Panormita moderniſſimus.
No.& vet.teſt.id eſt,noui, & veteris teſtamenti.
No.id eſt,nota.
Nota.id eſt, notatur.
Nouel.id eſt,nouella.
O.vel op.id eſt,opinio.
Ob.id eſt,obſtaculo.
Odo.id eſt,Odofredus doctor.
Ol.vel Old.id eſt,Oldradus, vel Oldradus.
Conuer.coniu. id eſt, conuerſione coniugatorum.
Conuer.infid.id eſt, conuerſione infidelium.
Vot.id eſt,voto,& voti redemptione.
Sta. mo.id eſt, ſtatu monachorum, & canonicorum regularium.
Reli. do. id eſt, religioſis domibus, vt epiſcopo ſint ſubiectæ.
Capel. mo. id eſt, capellis monachorum, & aliorum religioſorum.
Iure pa.id eſt,iure patronatus.
Cenſi.id eſt cenſibus,exactionibus,& ꝓcurationibus, eius debet eſſe niger de encauſto in tali forma,§.& talis debet legi cū ſua determinatione ſequēti hic ãt cōiter ponit in gloſſis,vel in ſummis recollectis. Alius.ſ. rubeo,vel blanco,ſeu flauo. Et talis legi nō debet,licet

a uri

auri debeat,& in corrigẽdo libros debet nominari,vt apponatur si non sit ibi. Nam certi textus,& Summę distinctæ sunt per tales,ita quod allegatur primus,secundus.&c. Si ergo non essent ibi,contingerent primum accipi pro secundo, & secundum pro primo, quod errorem induceret, & vnus.l.§.paruus, significat alium, videlicet magnum, & sic apud logicos est terminus secundæ intentionis.

Præal.id est,præallegatus.

Prin.id est,principio.

Per to.id est,per totum.

Pri.id est,primo.

Prætex.id est,prætextu,hoc est occasione.

Pau.de Leaz.id est,Paulus de Leazaris,qui scripsit bene super Clementinis.

Pet.de Bel.id est,Petrus de Bella pertica, doctor legũ Citramontanus Burgundus.

Pet.de Sam.id est,Petrus de Samprana.

P.vel Pla.id est,placentinus doctor.

Prę.di.id est,ꝓfulgeat dignitate,vt de testi.in c,licet ij.

Præ.id est.præterea.

Pa.id est,Papa.

Pomp.id est,Pomponius Imperator.

Q.id est,quęstione,quando ponitur in causis Decr. vel quatenus,quando ponitur in textu Decretalium, maxime post mandamus,vt sic,mandamus.q.

Ray.id est,Raymundus capellanus,& pœnitentiarius Gregorij IX.de quo in principio Decretalium.

Re.id est,remota,vt ibi,ap re.vt supra.

Rof.id est, Roffredus doctor.

Rog.id est,Rogerius legista.

Re.vel Respon.id est responsio,vel respon sio.

Re.id est,require,vel remissionibus.

Sali.id est,Salicetus doctor.

Sicu.

Sicu.ab. id eſt,Siculus abbas.
Se.ap.id eſt,ſedes apoſtolica.
So.id eſt,ſolutio.
Sa.ap.con.id eſt,ſacro approbante concilio.
Se.vel ſeq.id eſt,ſequenti.
Sequen.id eſt,ſequentibus.
S.vel s̃.1.ſupra.Vnde quando aliquid allegatur in aliquo,ꝙ prius ante illum locum habitum eſt in alio, uel eodem libro,eiuſdem tamē iuris, videlicet,aut Ciuilis,aut Canonici,hoc allegatur ſupra per s̃.breuem,ſed.ſ.longa,ſola,id eſt,ſcilicet.
Spe.id eſt,Speculum,liber magnus.
Spec.ideſt,Speculator author ſpeculi,ſcilicet Guilhelmus Durandi.
Sub.app.obſt.id eſt,ſublato appellationis obſtaculo, vt de teſt.cum olim.
Sac.aut.con.ideſt,ſacra authoritate Concilij,vt de iureiuran.nimis.
Tan.id eſt,Tancredus.
T.vel tit.id eſt,titulo.
Etiam t.id eſt,taliter.
Tho.id eſt,Thomas.
Vin.id eſt,Vincentinus doctor.
Vincen.id eſt,Vincentinus,etiam doctor.
Vb.de Bo.id eſt,Vbertus de Bobio.
Vlt.id eſt,vltimo.
V.ſola id eſt,quinque vel quinta,vt v.q.v.
Vui.vel Vuil.id eſt,Vuilhermus,quod Italici ſcribūt Guilhelmus,& Francigenæ Guilhermus.
Vui.Duran.id eſt,Vuilhermus Durandi.
Ver.id eſt,verſu,vel verſiculo.
Ve.id eſt,vetus,vt ff.Vetus.
X.id eſt,decima.
XX.id eſt,vigeſima,&c.

Rectos indicat hæc modulos interstitiorum.
Ista dat annorum numerum quo promoueantur.
A quibus ipsa patris electio debeat esse.
Sed loca Pontificis docet hæc, & presbyterorum.
Crimine quo careat sacrandus in hac replicatur.
Hęc dat pauperibus, lapsosque docet reparare.
Vt nec consensum det peccatis alienis.
Sollicitus sit episcopus oppressos reuelare.
Congruit, vt præsul primum ferat hospiti curam.
Incautum largum vetat hæc venantibus obstat.
Hac datur impensa vidua inopesque tueri.
Respuitur clerus si non pius, aut cupidus sit.
Istic sit regula hæc, & quòd bene propontus sit.
Ex hac sacrari prohibentur litigiosi.
Tutius ante petat, nisi sit satis ecclesiæ res.
Hęc plus corde probat domino, quàm voce canendũ.

Hæc

Hæc dat obedire maioribus inferiores.
Non negat ista suas mandare vices Patriarcham.
Sed non omnino vetat ista tacere minores.
Vt seculi princeps non ordinet ecclesiæ res.
Vrbs non signatos apices non vult neque mittit.
Est ius muniri peregrinum quinque sigillis.
Vniuersalem nullum sinit est vocari.
Ista vetat, ne qui celebrent nisi pallia dentur.
Moribus indecori, non pallio sunt decorandi.
Absit vt vna duos habeat prouincia patres.
Sensum versibus ijs, dat causæ quæstio quæuis.
Damnat ementes spiritualia gratia Christi.
Ingressum vendens, vel emens perit ecclesiarum.
Si pro præbendis dederis quid, Simon haberis.
Criminis ignorans fiet reus ille paterni.
Ecclesiam reddit ista vix, quòd ordine præstet.
Rursus promotos abscidit ius promouendos.
Ecclesiæ pax plena sibi clerique negatur.
Causa patens cum sit cunctis non quæritur ordo.
Ad ius, vel synodum nullus trahat expoliatum.
Vim talem subeat, qualem fecisse volebat.
Ad testesque duos præsul conuincitur aptos.
Si cadit accusans, non cogitur reus vltra.
Respuitur iure vox dilatoria si sit.
Vir bonus accusat quemuis, licet inferior sit.
Mandato legis datur accusatio scriptis.
Quod p enè restitui debeat, ius edocet omne.
Vtitur indicijs quando fuit expoliatus.
Apertè tractetur quamuis inducia detur.
Restat, vt infamis. & homo, sine lege tacens sit.
Vox inimica domestica non obest alieno.
Mitti, vel duci non debet ad exteriores.
Liber ab hac nō stat simul quem sua culpa remordet.
Iudex auditor non fiat præsulis vnus.

Iudi-

Iudicio nullus vnquam damnabitur absens.
Exigitur ne quis in quo cadit hoc repetatur.
Torquet in actorem sibi vox obiecta reatum.
Omnis anathema,nec agat,nec testificetur.
Ritè tacet quiuis minor lilium si tenet ætas.
Dum nequis agere,nequeas testificari.
Ius statuit,ne sit quis vnquam testis,& actor.
Nunquam damnetur quis cum non possit adesse.
Dat ius quod quis agat pro se ciuilia tantum.
Mittit famosum neglecta probatio flagris.
Est accusandus semel & bis,terque vocandus.
Nemo procuret crimen ciuilia curet.
Regula iuris habet,vt synodalia fiant.
Re vera malus est,mala cuius qui male pandit.
Aut caput,aut lingua delatori capuletur.
Omnes infames taceant,aut crimine tanti.
Præsulis obiecta,nisi vera proles reprobaris.
Iudicium expetere nunquam debes alienum.
Alter adesse potest,si sit prouincia discors.
Si cadit accusans,non cogetur reus vltra.
Est qui dum viuit,nemo sibi substituendus.
Tutus semper erit hic qui se dante recepit.
Dat ius ne stat,successorem sibi præsul.
Nullus amicorum mihi prosit vt eligat vnus.
Electus cum sim præstatur cautio damni.
Est cum standum,sententia ni vetat ipsum.
Ordinis est,ne quis vnquam redeat sine scriptis.
Si quis anathema statuit,virtute carebis.
Iudicis,& alterius nullus est ordo petendus.
Curent primates bene sua non aliena.
Non dubites dotem,cum basilica retinendam.
Ordinet,& seruans expendet,non alienet.
Nil præter quæ duos,præsumat sumere soldos.
Iudicet vt laicus,clerum non attrahat vllus.
Iudi-

udicium fecli,fequitur fufpenfio cleri.
ſeu bona,ſeu mala ſit ſententia,dico tenendam.
Dico quòd proprium, poterit quid clerus habere.
Eccleſi... i res vendis,vel emis ſibi reddas.
i dare vis & des,dare non potes eccleſiæ res.
x re communi,quæſitis vtimur æque.
i fortaſſe voles teſtari; de proprio des.
Eccleſiæ baptiſmali dandæ decimæ ſunt.
Tempora longa trahunt,ius funeris, & decimarum.
Ius eſt,ne quis plus reperat,quàm debeat aliter.
Non niſi ciuili re,frater teſtis habetur.
Tale quid exercens,non debet clericus eſſe.
Si tulerit plus quàm dederit,iam fœnus habetur.
Ex male quæſitis, eleemoſyna non fit egenis.
Si male parta tenet,digne non pœnitet vllus.
Iniuria non pœna datur,cum pœna notatur.
Nec retinere licet,quæ ſunt promiſſa patrono.
Solum vote nequit condemnari mulieris.
Tali die domini,placitum non debet haberi.
Atque probatur,in hac probatio danda neganti.
Nec confeſſio fit,nec iuramenta coacta.
Tollere non poterit, quem confert ſolus honorem.
In grauibus ſi ſit deuictus, deijciatur.
Dantur in hac monachi, paſtores eccleſiarum.
Abbas eccleſiam,præſul debet dare curam.
Hic legitur quod ius,& rem præſcripto tollit.
Quadragenis domibus,præſcriptio religioſis.
Tales ſi teneant ius,non tamen ergo gubernent.
Vſurpans,ſiue iudicio rem,decidet à re.
Reſpuit à laicis ius eccleſias retineri.
Quæritur an liceat;cordis dimittere votum.
Vt ſua Gonſaldus teneat,quæ dederat eger.
Omne monaſterio remanebit,nec redit ille.
Dum redit illicitè,quæ contulit illa manebunt.
Ter-

Terminat hæc apud alumnum synodale statutum.
Vt non Abbates, à præsule constituantur.
Vt præsul clerum non impediat monachandum.
Ipso nolente, tamen non suscipit alter.
Sed iam canonicos, canoc prohibet monachari.
Quem pater offert, si placet exit, cum sit adultus.
Visam mox vestem, si non pater abdicat, hic stet.
Offert in vitum, nec seruat religionem.
Et si forte placet, monacho transire licebit.
Prima si ex titulo, sit commendata secunda.
Ecclesiam renui, vetat hæc, aliaque cupiri.
Tertia ne liceat tractare negotia secli.
In clara veste prohibetur clericus esse.
Examen proprium fugiens, sine spe graduum sit.
Iuramenta licet homini dare quando necesse.
Si sic esset putat, vt ait, non peierat ipse.
Taliter exemplo, quò obediat iste probatur.
Vota promissa mutentur turpia si sint.
Si periurare cogis, periurus haberis.
Ex iusta causa multis licet arma mouere.
Fit bellum iustum, si pro rebus repetendis.
Fas est quando quidem socio succurritur armis.
Inferrique docet vindictam quæstio quarta.
Cum sit ad hoc positus, vt puniat ille meretur.
Iura, iubent homines peruersos ad bona cogi.
Ecclesiæ rebus sunt hæretici spoliandi.
Tandem de clero nulli licet arma mouere.
Si quis es hæreticus, tua sit sententia nulla.
Interdum mali post mortem corripiuntur.
Crimine prædonum non damnetur domus eius.
Tuta sit ecclesia, quàm lex priuata tuetur.
Et si subsequitur lex altera, derogat illi.
Mentem diuinam rimantes, sortilegi sunt.
Vita non viuunt, qui peccant ista tenentes.

No-

Nomina materiam,quæ per primordia sumpsit.
In quatuor disces ista si forte requiris.
Tales ni cessent,communio tollitur ipsis.
Vinctum pontificis,non solues tu moriturum.
Morte facit pœnas,noli proponere quantum.
Si sit solemne,dirimit connubia votum.
Sponsa ligat sponsum,propriè non est tamen vxor.
Soluit disparitas cultus connubia quæque.
Iungitur hic alij si respuit illa manere.
Testatur bigamum sacer Augustinus eundem.
Viros coniugij,personæ dissipat error.
Tantum conditio poterit,si vilior erit.
Nam contracta prius non soluit fędera, sed post.
Parui contrahere nequeunt sponsalia iure.
Spiritualis naturali non societur.
Vxorisque suæ cognatis non societur.
Mandatur clandestina ne connubia fiant.
Pollutam vetat, hæc in mortem fraude parentem.
Si datur inuita, post quando placet redit illam.
Si nulli nubat, nisi patris sponsio fiat.
Ducere lex prohibet in coniugio meretrices.
Obstat coniugio sacro complenda libido.
Cum libet sit animus, non spondeat hanc pater eius.
Tangere ne liceat aliam, quam stips sibi fiat.
Re vera sine mente caro nunquam violatur.
In simili lapsu,non hanc dimittet adulter.
Nullam,dum viuit hęc,hic pro coniuge ducat.
Alter non peccet,quo damnetur minus alter.
Frigidus est,alij tunc non sociabitur vlli.
Vir non abijciat sine iudicio mulierem.
Tertia si credis,purgat confessio crimen.
Purgat secretum cordis contritio crimen.
Et perfecta semel,dilectio non cadit vnquam.
Nemo semel si pęnituit,bene pęnitet vltra.

Ista

Iſta probat dimiſſa ſemel peccata teneri.
Magna cautela,quiui penſare tenetur.
Debeat eſſe gemens, & qualis vulnera purgans.
Omnes baptiſmi maculas,quo tegere poſſit.
Dum tamen in vita, poſt mortem ducere vitam.
Vt vir non oret,vxor ſi debita quærit.
Mens vtriuſque niſi ſit, non bene continent alter.
Tuta manet, viuente viro, quæ neſcia nupſit.
Vult Leo,ſi venit hic,redit hæc,retinenſque priorem.
Cognatam propriam,nemo pro coniuge ducat.
Omnes vxoris conſanguineos reprobabis.
Nunc ſeptenorum gradum diſtinguitur ordo.
Vtque ſtatus,hominis, ſic eſt generatio quarta.
Truncus ponitur hic cum ramis, vt docet author.
In teſtes recipi,monſtrat tibi ſexta parentes.
Tangitur hic,quod non inceſtu gigniter hæres.
Vtitur, hæc, in quo diſpenſandum licitum ſit.
Aut ſi fraus ſubeat, cogetur illa reuerti.
Suſceptam ſobolem, vetat affini ſociandam.
Tunc raptus fiet,cum vi deducitur illa.
Coniungetur ei purgatio crimine raptus.
Conſecrat eccleſias domini diſtinctio prima.
Panis ſacrati fert ſacramenta ſecunda.
Tertia dat ferias,nobis ieiunia ſubdit.
Baptiſmaque docet tempus diſtinctio quarta.
Confirmat ſacrat,officijs ieiunia laudat.
Pneumate donato concludit ſine beato.

Explicit Decretum verſificatum.

Sed quia Decreti rubricas nimis eſſet faſtidioſum enumerare, propter maximam multitudinem, ne tamen naturam eius prætercam, verſus ſubiunxi totam materiam Decreti ſignificantes in genere de qualibet diſtinctione, & omnibus quæſtionibus cunctarum cauſarum.

Liber

LIber Decretorũ distinctus est in tres partes Quarum prima vocatur distinctiones, & huiusmodi sit centum,& vna In primis duabus distinctionibus tractat magister Gratianus de iure, ponendo iuris diuisionem,subdiuisiones, & diuersarũ specierũ differentias,& conueniẽtias.In tertia,quid sit Canon,quid priuilegium,& quid officium leg. In quarta,quare leges factæ sunt,& quales esse debeant,& quãdo ex eis, vel secundũ eas sit iudicãdum,ac de Quadragesimali obseruatione. In quinta, de muliere enixa, vel monstruosa. In sexta, de multiplici genere illusionum. In septima,de cõditorib. legum.In viij.quòd veritati,& rationi sit cõsuetudo post ponẽda. In ix. ꝙ tribunalia regum sacerdotali sunt potestati subdita,& quòd põtifices,& reges sese indigent.In x. quibus legibus Imperatorum sit obtemperandum, & quòd mendacia scriptorum non sunt admissa canonibus, & si quando inueniantur, sunt corrigenda in opusculis tractatuum.In xj.quòd vsus,& consuetudo legem,& canonem non vincant,& quæ con.ob.In xij.de consuetudine,& more,& quem quisque modum psallendi debet tenere.In xiij.quòd minus malum est eligendum. In xiiij. quòd non sunt aliqua committenda delicta à nobis,ne alijs grauiora committant,& quæ conscientias valeant temperare. In xv. distinctione, quo tempore generalia concilia cœperunt,& quorum patrum recipiuntur opuscula.In xvj.distinctione,qui synodi, vel concilia roborentur authoritate Romani pontificis.In xvij. quòd absque authoritate Romani pontificis, synodus non debet congregari.In xviij.de pœna eorum, qui synodo adesse cõtemnunt de authoritate Romanæ sedis.In xix. de authoritate Decretaliũ epistolarũ,& apostolicarũ sanctionũ. In xx distinctione magister incipit agere de ministris ecclesiæ. In 21. de

diuersis ordinibus & gradibus ministrorũ. In 22. de dignitate Romanæ ecclesiæ, & quorundam librorũ. In 23. de ordine ministrorũ, incipiens à Romano Põtifice, descẽdendo per singulos gradus vsque ad ostiaram. In 24. de examinatione ordinandorum. In 25. de officijs clericorum, incipiens ab ostiario, & ascendendo vsque ad episcopalem dignitatẽ, scilicet archiprimicerij, & thesaurarij, circa medium illius distinctionis. Nũc autem magister Gratianus incipit declarare illas xx. pœnas, & peccata regulæ apostolicæ, quas enumerat Apostolus in epistola ad Titum, ad Timotheũ. Et prosequitur in eodẽ distinctione. Oportet Episcopum, & quemlibet ad sacros, ordines promouendum esse sine crimine supple notabili. In 26. magister determinat de illa clausula regula apostolica prædicta; vnius vxoris virum continuando, deinceps de continẽtia clericorum vsque ad tricesimamquartã distinctionem. In 35. determinat illã clausulam regulæ apostolicæ, sobrium, cuius tamen partẽ reseruat vsque ad 44. distin. In 26. distinct. prudentẽ, & illam prosequitur in tribus distionibus immediate sequentibus. In 40. & 41. distin. illud, ornatũ doctorẽ. In 42. illud hospitalem. In 43. pudicum, & doctorem. In 44. illud nõ vinolentum, quod est pars illius quod dictum est superius, distinct. 35. sobrium. In 45. illud, non percussorem. In 46. illud, non esse litigiosum. In 47. illud, non cupidum, domui suæ bene præpositum. In 48. illud, nõ Neophytum. In 49. magister breuiter recapitulat præcepta regula apostolicæ prædictæ. In 50. magister agit de lapsu, & reparatione clericorũ. In 51. decurialibus ordinandis vel non. In 52. de prępostheratione sacrorum ordinũ. In 53. de curis annexis recipiendis in clericũ, vel monasteriũ. In 54. de seruis, & manumissis. In 55. de corpore vitiatis, bigamus, illiteratis, publicé

blicè pœnitentibus ordinādis, vel non. In 56. de filijs presbyterorū, & natis de fornicatione, & adulterio: In 57. de baptizatis in ægritudine non ordinandis. In 58. de monachis non ordinandis sine licentia sui abbatis. in 59. de laicis literatis nō subitò ordinandis. In 60. de electione personarum ecclesiæ, & in tribus sequentibus. In 53. & 65. de cōsecratio. episcopi. In 61. de promotione archiepiscopi. In 67. de ordinatione presbyterorum. In 68. de ordinatione non iterāda, & de coepiscopis. In 69. de non ordinatis ne in ecclesia ministrent. In 70. ne aliquis ordinetur sine tit. In 71. ne aliquis ordinetur à non suo episcopo. In 72. ne aliquis ignotus sine literis cōmēdatijs recipiatur. In 73. *qualiter* commendatoria, vel dimissoria, vel formata sit facienda. In 74. de clericis, inuitis non ordinandis. In 75. de tempore, & die consecrationis episcoporū, nec non de temporibus ordinandorum aliorum clericorum. In 76. de ieiunijs, & quatuor temporibus. In 77. & 78. de ætate ordinandorum. In 79. repetit de ordinatione summi pontificis. In 80. in quibus laicis sunt ordinādi episcopi, vel archiepiscopi. In 81. & alijs sequentibus repetit quædam de præceptis regulæ apostolicæ, & maxime de continentia clericorū. In 90. de licitis, & honestis operibus clericorū. In 91. de modo cantādi in ecclesia, & electi potestat. In 92. de obedientia minorum erga maiores. In 93. delegato Romani pontificis, & præsentationibus Archidiaconorum. In 94. de excessibus presbyterorum, & episcoporum. In 95. & 96. de distinctis potestatibus secularibus & ecclesiastici. In 97. repetit de ignotis non ordinandis. In 98. & alijs sequentibus tractat de authoritate Archiepiscoporū, & primatū, & vsu pallij. In vltima distinctione dicitur de vna prouincia, ne in duas partes diuidatur sine principis authoritate.

SEcunda pars Decreti dicitur causa, eò quòd distin cta sit per causas 36. In singulis autem causis apponit magister Gratian. plures quæstiones, in qualibet illarum allegans pro vtroque parte. tandem definitiuam sententiam subiungens: vt per hoc rationes certorum iudiciorum instruat. In prima igitur causa dicit de simoniacis quæ continet in se 7. quæstiones. In prima quærit emere spiritualia an sit peccati. Sol. sic. In secunda quæritur, vtrum pro ingressu ecclesiæ, vel monasterij sic pecunia exigēda, vel persoluenda. Sol. non, & huiusmodi negatiua est vera. In tertia quæritur, vtrum stipendia ecclesiæ emere sit simonia. Sol. sic. In quarta, vtrum ille sit reus criminis, cuius pater illo ignorante simoniam commisit. Solu. ignorantia facti. nō iuris excusat eum. In 5. vtrum liceat ea retinere, quæ pater filio simoniacè acquisiuit. Solutio de rigore iuris non, sed de misericordia secus est. In 6. vtrum ordinati à simoniacis ignoranter sit abijciendi, vel non. Solut. probata iuxta ignorantiam misericorditer tolerantur. In 7. vtrum renuntians hæresi sit recipiendus in dignitate episcopali. Solutio, de iuris rigore deponitur, sed ex dispensatione sustinetur. Secunda causa, & quatuor quæ sequuntur agunt ordine iudiciario, in qua sunt octo quæstiones. In primi quęritur, vtrū in manifestis sit ordo iudiciarius requirendus. Sol. sic, nisi sit notoria. c. de manifesta. In secunda vtrum spoliatus ab aliquo sit iudiciādis. Sol. non ante restitutionem c. nullus. In tertia qua pœna sunt feriē di, qui in accusatione defecerint. Sol. talionis calūniator. c. cau. & q. In quarta si accusatore deficiente reus sit cogendus ad purgationē. Sol. nō, nisi infamia publica laboret, vt hic per totū. In 5. an duorū testimonio episcopus sit cōdemnandus. Sol. sic. c. presbyter. In 6. quo remedio causę subueniatur, vel causa subleuetur, Sol.

Sol.per appellationem ante sententiam, vel post.c.bi duum In 7.an laici ad accusationem clericum sint re cipiendi. Solu.de iure antiquo sic. de nouo non.In 8. qualiter accusatio debeat fieri. Solu. in scripto.ca.in agendo si bellum. Tertia causa habet 11.quæstiones. In 1.quæritur, an restitutio sit fienda quibuslibet spo liatis. Solu.sic,nisi in istis casibus infamatus,apostaticus,iuste spoliatus. Præcisus,cum suspecto non restituuntur.c.patet.In 2.de inducijs, quo spatio sint dandæ,an post restitutionem tantū,& an post vocationē ad causā quibuslibet cōcedendæ sint. Sol.ad arbitriū iudicis.In 3.quo spatio mensium sint induciæ concedendæ.Sol.ad arbitrium iudicis. In 6. vtrum infames sint recipiendi ad accusationem.Sol.non nisi contra consimiles. In 5.an testes de domo accusatorum sint producendi, vel inimicorum vox sit audienda. Solu. inimici minime,nec etiam domestici, quibus imperamus possunt.In 6.an extra prouinciā reus sit producēdus.Sol.nō nisi per appellationē.In 7.an sit audienda eius sentētia, quē cum reo par inficit malitia. Sol. sic,quandiu tollatur ab ecclesia.In 8.an episcopus ab vno possit iudicari. Solu.non nisi septem episcopis re seruata sententia summo Pontifici.In 9.an absens ali quis sit accusādus.Sol.nisi sit absens pro cōtumacia. In 10.vtrū deficiētes vno casu sint admittēdi ad cōse quentia.Sol.sic.c.placuit. In 11.vtrū accusatus possit conuertere accusationē.Sol.non,nisi maiori crimine. Quarta causa habet 6. quæstiones. In prima q̄ritur. an in excōicatione cōstitutus alium accusare valeat? Sol.non.In secundo,an intra 14.annum possit quis te stificari? Sol.non.In tertia,an ab accusatore prohibitus possit testis existere?Sol.non c.spatium.In 4.vtrū idem possit accusator.& testis existere? Sol.non.c.1. & 2.In 5.si causam vocatus nō venerit die statuta, an

sit excõmunicãdus Sol.sic.nisi iustam causam absentię probauerit.In 6.an calũniator in propria causa sit audiendus?Sol.sic,si causa non sit criminalis.Quinta causa habet sex quęstiones.In 1 quæritur qua pęna sit puniendus,qui famosum librorũ scripsit?Sol.anathematizandus,nisi scripta probauerit.c.quidam malis. in secũda,quoties sit quis ad causã vocãdus,antequã sententiam excõicationis accipiat? Solutio,nõ solum semel, sed etiam bis,vel ter. in tertia, an procurator causam alicuius agere valeat, qui per se tũc adesse nõ potest?Solutio Criminalẽ nõ,nisi sit illustris persona causã verò iniuriarũ,quilibet potest, capitulo episcopi.In quarta,an absq; synodali audiẽtia episcopus sit dãmnãdus?Solut.non.In quinta,an sit habẽdus inimicus qui amicũ accusaturus est?Solut. non si hoc agat ex veritate,c.illi qui.In 6.qua pęna sit plectendus,qui non probat quod obijcit. Solu. talionis cap.Epiphaniũ.Sexta habet 5.quæstiones.In prima quæritur,an crimine irretiti,vel infamia notati ad huiusmodi accusationẽ sint admittẽdi?Solu.non.c.sunt plurimi.In 2.si episcopus accusationem in accusantẽ vertere voluerit, vtrum simplici verbo eius sit fides adhibẽda? Solutio,non.absq; certa ꝓbatione. In tertia an liceat expetere iudicium archiepiscopi alterius prouinciæ? Solutio,non nisi in causa dãnationis.In 4.cuius iudicium sit expetendum,cum episcopi prouinciæ in sententia discordant?Solu archiepiscopi, & coepiscoporũ vltimæ prouinciæ.c.1.& 2.In 5.an accusatore deficiente reus sit cogendus ad probationem?Solutio,nõ sed ad purgationem si laborat infamia.c.actor.

Septima causa habet duas quæstiones. In prima quæritur vtrum viuẽte episcopo alius possit in eadem ecclesia ordinari?Solu.non,nisi trãsferatur,vel cedat, præ infirmitate tamen vel senectute datur ei coad-

iutor.

iutor.cap. quamuis ſte. In ij.vtrum iſti,qui deſcerunt cauſa infirmitatis valetudine recepta poſſint cathedram repetere ? Sol. non.

Octaua cauſa habet quique quæſtiones. In prima quæritur,an liceat epiſcopo ſucceſſorem eligere?Sol. non.c.apoſtolica. in ſecunda an amicorum patrocinia debeāt in electione conualeſcere?Sol.non c.illud. in tertia an ſit ſimonia poſt electionem propter identitatem iuramentum præſtare : Sol ſi pactum ſuper hoc proceſſit.c.talia. in iiij. an liceat clericis iudicia epiſcopi de crimine recuſare? Solutio non ante condemnationem. in v. an excuſatus coram apoſtolico ſine eius literis debeat reuerti Solutio.non.

Nona cauſa habet tres quæſtiones. in prima quęritur. An ordinatus ab excōicato ſit audiendus.So.non niſi ignorauerit illum excōicatū eſſe.c.ab excommunicatis.In ſecundo an liceat epiſcopo vel archiepiſcopo alterius clericos ordinare. Solutio, non, ſine literis dimiſſorijs ſui epiſcopi.In tertia an liceat archiepiſcopos ſubdito ſuffragane ſui damnare vel abſoluere.ſol.non,niſi negligens fuerit epiſcopus vel ad eum appellatio deferatur,vel in caſu conſimili.

Decima cauſa habet tres quęſtiones.In prima quęritur. an eccleſia cū omni dote ad epiſcopū pertineat aut ad eius ordinationē.ſol. ſic.c.regenda.ē.q.in ſecūda an liceat epiſcopis res eccleſię diſtrahere ſo. non cat.præcauere. In tertio qđ ſingulis eccleſijs nomine cathedratici liceat exigere.ſo.duos ſolidos.c.itē ſi q̨s.
Vndecima cauſa habet tres quęſtiones.In prima quęritur, an clericus ante ciuilem iudicē ſit trahēdus ſol. non.In ſecūda qua pœna ſit feriendus qui clericū ad ſecularem iudicem traxit. ſol.excōicationis. in tertia qua pęna ſit dignus,qui excōicationē vel ſentētia epiſcopi nō ſeruauerit.ſol.talis eſt puniendus depoſitio-

ne. Duodecima causa habet quinque quęstiones. In prima quæritur an liceat clericis propriū habere. sol. non regularibus.c.non dicatis. In secundo aliceat eis res ecclesiæ dare vel distribuere.sol.nō,nisi in casibus à iure concessis. xij.q. ij. sine exceptione. In tertia an clerici acquisita de rebus ecclesiæ possint relinquere quibus voluerint sol.non.nisi ecclesiæ.c.j. de testa.requisisti. In quarta quibus possunt ea relinquere, quæ de suis & rebus ecclesię pro venerunt.solu.partim ecclesiæ & partim hæredibus.xij.q.iiij.c.j. In quinta an liceat clericis facere testamentum.solu.sic de proprijs licet, de rebus autem ecclesiæ non.ij.q.5.cap. fixum.

Decimatertia causa hēt duas quæstiones. In prima quæritur vtrum decimæ sint dandę ratione territorij, vel personæ sol.ratione vtriusq.xvj.q.j.quæsisti.In secunda quæritur, an ius percipiendi decimas & funerandi tollatur pręscriptione temporis.sol.sic:quia tollitur ius percipiendi decimas.xvj.q.iij.si quis & extra de præscrip.de quarta.Sed ius funerandi non tollitur præscrip.vt 3.q.2.§.non quæritur.Decimaquarta causa hēt 6.quæstiones.In prima quæritur,an liceat clericis in iudicio sua repetere solu. sic, In secunda an super rebus ecclesiæ de eadem ecclesia testes sint recipiendi. sol. sic, super prudentiam. In tertia an præter sortem aliquid exigere sit vsura.sol.sic.c.plerique. In quarta an liceat clericus vel laicis vsuras petere. solu. non. 14.q.4.quoniam nulli.&c.nec hoc.In 5.an ecclesiæ vel eleemosynę sint faciendę de vsuris. sol non. xv.q.5. In 6 an vsurarij possint agere pœnitentiam non facta restitutione,sol.sic,si non habeant vnde restituant.c.si res aliena.

Decimaquinta causa habet 8.quęstiones. In prima quęritur, an ea quę fiūt ab ignorātibus, sint eis imputanda.sol.nō:nisi culpa sua per ignorantiam deuenerit.

rit.c. si quis de clericis. In 2.an pro impēsis patrocinijs liceat clerico munera exigere. sol.nō. In 3.an p cōfessionem mulieris cū qua peccauit sacerdos sit cōdemnandus. sol.nō.c.nemini. In 4.an die dominico debeāt episcopi causas audire. sol.nō.c.placita. In 5.an negāti crimē purgatio sit incidēda. sol. sic, si laboret infamia. c.presbyter. In 6.an in criminalibus cōfessio sit extorquenda. solu. sic, sed à curialibus. nō. In 7.an episcopus solus valeat deponere presbyterū vel diaconum. solu. nō ca. felix. In 8. si cōfessus vel cōuictus de ijs, quę ante ordinationem cōmisit, valeat ministrare, sol. non, c. vult. Decimasexta causa habet 7. quęstiones. In prima quæritur, an liceat monachis populis officiū celebrare sol. sic cū permissione episcopi, & licētia abbatis. §. ecce. In 2.an liceat eis in capellis suis sacerdotis instituere. sol. sic. eas possident cum omni iure, c. visis. In 3.an iura ecclesiarum per pręscriptionem tollantur, sol. sic c.1. In 4.an ecclesia aduersus ecclesiam possit præscribere sol. sic. c. volumus. In 5. an episcopus vel abbas iure territorij capellam valeat vendicare, sol. non, c. si quis. In 6. si quis rē ecclesiæ ab aliquo iniustè detentam sua authoritate irrepserit, an cadat à causa, sol. ipse quidem cadit à causa sed ecclesia non c. si episcopus. In 7.an liceat alicui de manu laici ecclesiam recipere, sol. non, nisi ecclesia vel monasterium habet ius patronatus, c. si quis deinceps. Decimaseptima causa habet 4. quæstiones. In prima quæritur an reus sit voti cum à proposito cordis sui recedit, sol. nō quantū ad ecclesiā, nisi ore pronuntiauerit. c.1. In 2.an beneficia sint ei reddenda, qui ea in infirmitate renunciauerit, sol. sic, si nō erat sui cōpos. In 3. vn. liceat ei, q se tradit monasterio postea ad propria redire. sol. sic, intra annū. In 4. si retroierit an sint ei sua redēda, sol. sic, si de licētia sui p̄lati recessit. alias nō. Decimaoctaua

ua

ua causa habet duas quęstiones.In prima quęritur,an abbas factus episcopus acquirat monasterio vel ecclesiæ,sol.dum fuit abbas acquisiuit monasterio,sed dũ factus est episcopus ecclesiæ,c.quã sit.In 2.an per episcopũ sit abbas eligẽdus,sol.à fratribus est eligendus, sed ab episcopo ordinãdus,c.hoc tantũ.Decimanona causa hẽt tres quęstiones,In 1.quęritur,an eps debeat permittere clericos,ad monasterium transire.sol.sic. In 2.si noluerit, an liceat eis eo inuito ad monasteriũ transire,sol.sic.c.duæ sunt.In tertia an liceat canonicis regularibus trãsire ad monasteriũ monachorum. sol.non sine licentia sui pręlati.Vicesima causa habet quatuor quęstiones.In prima quæritur,an pueri traditi monasterio cogantur ibi manere. sol.nõ, nisi postquam venerint ad annum discreptionis.cõsenserint. In 2.si præter voluntatem parentũ intrauerint monasterium, an possint extrahi de monasterio,sol. sic infra annum & diẽ,si sunt infra annos discretionis,c.si puella.In 3.qui inuitus cucullã induerit,an cogatur eã retinere,sol.non,nisi postquam consenserit.In 4.an liceat ab vno monasterio trãsire ad aliud,sol.sic arctioris regulæ.21.causa habet v.quæstiones in 1.quęritur, an liceat clerico in duabus ecclesijs inscribi, sol.non, de iure communi,c.j.& 3.In 2.an liceat clerico à sua ad ecclesiã aliam transire, sol.non sine literis dimissoris sui episcopi,c.si quis iam.in 3.an.liceat clericis suscipere procurationẽ negotiorũ secularium. sol.non nisi causa pietatis in 4. an liceat clericis ornari fulgidis vestibus,sol.non,in v.qua pęnã sint feriendi clerici,qui ad seculare negotiũ fugiunt. sol. excõicationis 25. causa habet v. quæstiones. In 1.quæritur, an iuramentum sit præstandum,sol.sic,causa necessitatis.In 2.an sit periurus,qui iurat falsum quod potat esse verũ sol.sic,propter intentionem fallendi.In 3.an liceat

cleri-

clerici epo denegare certã obedientiã.sol.nõ ante cõdénationẽ.In 4.iuramentũ illicitũ sit seruãdũ, sol.nõ, c.in malis.& c. In v.an sit periurus qui cogit aliũ peierare,sol.sic c.qui.peierat.23. causa hét octo q̃stiones. In 1.q̃ritur an militare sit peccatũ,sol.nõ, in iusto bello,c.militare.In 2.an bellũ sit iustum,qđ fit ex edicto pulsãdi malas causas hominũ,sol.sic,c.1.In 3.an iniuria ecclesiarũ sit armis propulsanda.sol.est ab ijs quibus licet c.fortitudo.In 4.an vindicta sit inferẽda,sol. est ab eo cuius interest.c.ea vindicta.in v.vtrũ sit peccatũ iudici vel ministro reos occidere, sol.non,si fiat causa iustitiæ,c.etiã sine peccato.In 7.an mali sint cogendi ad bonũ sol. non c.ad fidẽ. In 7. an hæretici sit spollãp.suis,& ecclesiæ bonis sol.sic,c.iã vero.in octaua an liceat clericis arma mouere,sol.nõ, manu propria,nisi in causa necessitatis c. quicunque. 24. causa hét tres quęstiones.In 1.quæritur,an hæreticus possit aliquẽ excõicare.sol.non,c.audiuimus.In secunda an post mortẽ possit aliquis excõicari,sol.põt pro hęresi, c.sanè. In tertia an pro peccato domini tota familia debeat excõicari,sol non.sed interdici põt,c.si hęres. 25.causa hét duas q̃stiones.In 1.quęritur,an authoritate priuilegij,quis cõtra ius cõe valeat se tueri, sol.valeat.§.vl.In 2.an sequẽtia priuilegia derogẽt priorib. sol.sic,si dẽtur ex tota sciẽtia vel certa, sciẽtia.c.rescripta 26.causa hét 7.q̃stiones.In 1.quæritur, an sint sortilegi, qui sub ficto nomine religionis futura promittũt,sol.sunt. In ij.an sit peccatũ esse sortilegiũ sol. sic c.sors.In 3.à quibus genus diuinationis sumpsit exordiũ, sol.à Persis. In 4. quot sunt genera diuinationis, sol.quatuor secũdũ numerũ,duo verò secũdũ formã. In 5.an sortilegi sint excõicandi,sol.sic,c.contra idolorum.In 6.vtrũ excommunicatus,ab episcopo possit reconciliari à presbyteros? sol.non, incõsulto episco-

po,nisi in causa necessitatis c.ab infirmis. In 7.an morietibus sit pœnitētia indicenda? sol. nō,sed innotescēda.c.admoneant. 17.causa habet,duas quæstiones. In 1.quæritur, an coniugium possit esse inter vouentes, sol.non.si votum sit solemnizatum, secus si simplex, c.1.& 2. in secunda an liceat sponsæ à sponso recedere.sol.nō, si desponsatio sit de præsenti, c.desponsatam. 28.causa habet tres quæstiones, in prima quæritur, an sit coniugium inter infideles, sol.non, c.non oportet.In secūda,an liceat cōuerso ad fidem ducere aliam viuente priore. sol.sic, si diuisus sit ad infideli, c.si infidelis.in tertia, an bigamus sit, qui habuit vnā vxorem ante baptisma,& aliam post,solu. sic,& hoc rōne baptismi.29 causa habet duas quæstiones.In prima q̄ritur,an sit matrimoniū inter seruū,& ingenuē, sol.sic,nisi error impedias.in 2.cū deprehenderit illa fore seruum, an liceat,ei ab illo recedere, sol.sic,c.si quis ingenuus.30.causa habet quinq; q̄stiones in prima quæritur,an sit debitū reddēdū vxori,quę ꝓpriū filiū defonte suscepit,sol.sic, nisi ex cōsensu vtriusq; sit factum.c. dictum est. in x.an sponsalia contrahantur inter infantes,sol.non,intra septimum annum.c. vbi non est. in tertia an spirituales,vel adoptiui filii cū naturalib.possint cōputari? sol.nō c.1.In quarta vtrū liceat aliquē ducere commatrē vxoris suę in vxorē? sol.sic,vxore mortua,si cōmaternitas præcessit matrimoniū.c.sciscitatur.In v.an clādestina despōsatio manifestè præiudicet?sol.non quantū ad ecclesiam.Tricesimaprima causa habet 3.quęstiones. In 1. q̄ritur. an possit duci in vxorē,quę prius polluta est p adulteriū,sol.potest,cū dederit ei fidē prius adulter viuente viro,nisi machinatus esset in mortē eius,c.si quis viuēte.In 2.an filia sit intuita tradēdā viro alicui in vxorē, sol.non c.1.§.1. In 3.an post patris sponsionem, ipsa
possit

possit nubere alij, solut.potest, si non consenserit.

Tricesimasecunda causa habet 8. quęstiones. In 1. quæritur, an licet meretricem ducere in vxore, sol. sic, cum renuntiat. In 2 an ipsa sit coniunx appellanda, quæ ducitur causa incontinentiæ solu.est. In 3. cuius arbitrium sequitur mulier, an aui liberi, vel patris originarij, sol.aui. In quarta, an viuente vxore liceat alicui ex ancilla filios quærere, sol.non. In v. si ea, quæ inuita opprimitur, pudicitiam amittere comprobatur, sol.non, §.1. In 2. si adulter adulteram dimittere possit. solu.non. In 7. an vir dimissa vxore adultera & ea viuente, possit aliã ducere, sol.non. In 8. si hoc saltem casu infidelem ducere possit, ea conditione vt reuertatur ad fidem, solut.non, cap.solum. Tricesimatertia causa habet v. quæstiones. In prima quæritur, an propter impotentiam coeundi sit aliqua à viro separanda, sol.sic, c.si quis. In 2. an separata possit ei nubere cum quo prius fornicata est, sol.potest pœnitentia peracta, cap. in adolescentia. In 3. an sola contritione cordis possit deleri peccatum, sol. sic, vbi fatas confitendi non suppetit, si confessionem non contempserit dum potuerit haberi, c.pœnitentes. Aduerte tamen, quòd ista 3.q. non tractatur sub forma aliarum sed per modum tractatuli diuisi in 7. dist. quæ vocantur de pœnitentia. In 4. si tempore orationis vxoris quis debeat reddere debitum, sol.sic. In 4. an vir sine consensu vxoris possit vouere continentiam, vel è conuerso, sol.non. Tricesimaquarta causa habet duas quæstiones, n.1. quęritur, an rea adulterij sit, quę credens virum mortuum nupsit alteri. sol.non. In 3. an redeunte priore cogenda sit redire ad primum, & recedere à secundo. sol.sic. Tricesimaquinta causa habet decem quæstiones. In prima quæritur an liceat aliquam ducere ex cognatione propria. sol.non. In 2.

an

an liceat aliquam ducere ex consanguinitate vxoris suæ. sol. non. In 3. vsque ad quem gradum debet quis abstinere à consanguineis suis, & vxoris suæ. sol. vsque ad septimum, secundum antiquos. In 4. quæritur, quare vsque ad septimum gradum computatur consanguinitas. sol. ad instar septem ætatum huius seculi. In 5. quomodo gradus consanguinitatis sunt computandi. sol. sicut ostenditur in arbore. In 6. qui iure propinquitatem firmare debeant. sol. propinqui, & vicini. In 7. an illi qui in incestu nati sunt filij reputentur. sol. non. In 8. si consanguinei ignoranter coniuncti simul possint remanere. sol. non nisi ex dispensatione Romani Pontificis, in quinto gradu, vel supra. In 9. an matrimonium separatum per falsos testes si postea apparuerit ecclesiam fuisse deceptam, sic redintegrandum. sol. sic. c. quisquis. In 10. si relicta alicuius viri ad secundas nuptias transierit, an proles ex eis suscepta poterit copulari consanguineis prioris viri. Sol. non.

Tricesimasexta causa habet duas quæstiones. In prima quæritur, an is, qui virginem oppressit, raptum commisit. Sol. sic. c. de raptoribus. In secunda, an rapta raptori nubere possit patre consensum præstante. sol. sic. c. denique.

TErtia pars Decreti dicitur de Consecratione, eò quòd ita incipit. Et est diuisa in 5. dist. In 1. agitur de consecratione eccle. & celeb. miss. In 2. de sacramento Eucharistiæ. In 3. de festiuitatibus per circulum anni celebrandis. In 4. de Baptismo. In 5. de Confirmatione, & ieiunio. Et sic terminatur liber in duobus cade de Spiritu Sancto.

TI-

TITVLI QVAE ET RVBRICAE vulgo nuncupantur.

In vniuerſum Ius Ciuile, ex Holoandri recognitione adſcripti.

LECTORI.

HOs omnes, qui ſequuntur Iuris Imperatorij titulos non abſque labore ad hanc nouam quam conſpicis Alphabeti ſeriem redigimus, Lector beneuole, quę non tantum, Noricæ, ſed etiam cuius æditioni reſpondere poteſt. Cæterum numerus notis, quæ *ſequuntur*, ſingulis additus, Libros cuiuſque indicat.

CANON.

Inſt.	Inſtitutiones.
V.	ff. Vetus.
Inf.	ff. Infortiatum.
N.	ff. Nouum.
C.	Codex.
A.	Authentica.
F.	Feudorum vſus.

A

ABigeis. N. 47. c. 9.
Abolitione generali. c. 9.
Abolitionibus. Ibi.
Acceptilationibus. N. 46. c. 8.
Accuſationibus & inſcriptionibus. N. 48. c. 9.
Actionibus. Inſt. 4.
Actionibus empti & venditi. V. 19. c. 4.
Actionibus hæreditarijs. c. 4.

Actio-

Actione pignoratitia. Ibidem.
Actore à tutore, seu curat. dando. c. 5.
Ademptione legatorum. Inst. 2.
Ademptione libertatis. N. 10.
Ad exhibendum. V. 10. c. 3.
Adimendis, vel transferendis legatis, vel fideicommissis. V. 33.
Adiutoribus quæstoris. A. 35.
Ad legem Aquiliam. V. 9.
Ad legem Corneliam de falsis. c. 9. & Sen. consulto Liboniano. N. 48.
Ad legem Corneliam de sicarijs. c. 9.
Ad legem Falcidiam. Inf. 35. c. 6.
Ad legem Flauiam de plagiarijs. N. 48. & c. 9.
Ad legem Iuliam de adulterijs, & stupro. N. 48. & c. 9.
Ad legem Iul. de ambitu. N. 48. c. 9.
Ad legem Iuliam de annon. Ibid.
Ad legem Iuliam maiest. N. 48. c. 9.
Ad legem Iuliam peculatus, & de sacrilegijs, & residuis. N. 48.
Ad legem Iuliam repetundarum. N. 48. & c. 9.
Ad legem Iuliam de sicarijs, & beneficijs. N. 48.
Ad legem Iuliam de vi publica. N. Ibi.
Ad legem Iuliam de vi priuata. Ibi.
Ad legem Iuliam de vi publica. seu priuata. c. 9.
Ad legem Pompeiam de parricidijs. N. 48.
Ad legem Rhodiam de iactu. V. 13.
Ad legem Viscelliam. c. 9.
Administratione, & periculo tutorum, & curatorum qui gesserunt, vel non, & de agendis, vel conueniendis vno, vel pluribus. Inf. 26.
Administratione rerũ ad ciuitates pertinẽtium. N. 50.
Administratione tutorum, & curatorum, & de pecunia pupillo fœneranda, vel deponenda. c. 5.

Ad-

Administratione rerum publicarum.c.11.
Adoptionibus.Inst.1.& c.8.
Additionibus, & emancipationibus, & alijs modis quibus patria potestas soluitur.V.1.
Acquirenda,& retinenda possess.c.7.
Acquirenda,vel omittenda possessione.N.41.
Acquirenda,vel amittenda hæreditate.Inf.29.
Acquirendo rerum dominio.N.41.
Acquisitione per adrogationem.instit.3.
Ad municipalem,& de incolis.N.50.
Ad Sen.consult.Macedonianum.c.4.
Ad Sen.consult.Orficianum.c.6.
Ad Sen.consult.Tertullianum.c.6.
Ad Sen.consf.Tertullianum,& Orficianum.Inf.38.
Ad Sen.consult.Trebellianum.inf.36.
Ad Sen.consult.Turpillanum.c.9.
Ad Sen. consult. Turpillanum, & de abdicationibus criminum.N.48.
Ad Sen.consult.Velleianum V.16.c.4.
Adsertione tollenda.c.7.
Assessorib.& domesticis,& cancellarijs iudicum.c.1.
Assignandis libertis,seu assignatione libertorum.infor.38.inst.3.
Aduocatis diuersorum iudiciorum.c.2.
Aduocatis fisci.ibidem.
Aedificijs priuatis.c.8.
Aequalitate dotis,& donationis ante nuptias. Habet autem,& alia capitula.A.97.
Aestimaria actione V.19.
Aedilitio edicto,& redhibitoris actione, & quanto minoris. V.21.
Aedilitijs actioni bus.c.4.
Agentibus in rebus.c.12.
An agnatus, vel filius defuncti, possit retinere Feudum

dum repudiata hæreditate. F. 2.
An apud iudicem, vel curiam domini quæstio Feudi debeat terminari, ibidem.
An ille qui interficit fratrem domini sui feudum amittat, ibidem.
An maritus succedat vxori in beneficio. F. 1.
An mutus, vel aliàs imperfectus Feudū retineat. F. 2.
Agnoscendis, vel alendis liberis, vel parentibus, aut patronis, vel libertis. inf. 25.
Agricolis, & censitis, & colonis. c. 11.
Agricolis, & mācipijs dominicis, vel fiscalibus reipublicæ vel priuatæ. c. 11.
Albo scriuendo. N. I.
Aleatoribus. V. 11.
Alendis liberis, ac parentibus. c. 5.
Alexandriæ primatibus. c. 11.
Alienatione feudi. F. 1.
Alienatione, & emphyteusi rerū ecclesiasticū. A. 120.
Alienatione paterni feudi F. 2.
Alienatione iudicij mutandi causa facta. V. 4. c. 2.
Alimentis, vel cibarijs legatis. V. 34.
Alimentis pupillo præstandis. c. 5.
Allodijs. F. 2.
Alluuionibus, & paludibus, & pascuis ad illum statum translatis. c. 7.
An per aliū causę appellationū reddi possint. N. 49.
An remoueri debeant testes qui partes esse desierunt. F. 2.
An seruus pro suo facto post manumissionem teneatur. c. 4.
Annali exceptione Italici contractus tollenda, & de diuersis temporibus, & exceptionibus, & præscriptionibus, & interruptionibus earum. c. 7.
Annonis, & c. administrantium, vel assessorum, aliorumve

rumve publicas solicitudines gerētium, & eorum qui aliquas consecuti sunt dignitates.c.1.
Annonis ciuilibus.c.11.
Annonis,& tribus.c. 10.
Annuis,& legatis,& fideicommissis.Inf.33.
Apochis publicis,& de descriptionibus curialium,& de distributionibus ciuilibus.c.10.
Apostatis.c.1.
Apparitoribus prefectorum pretorio, & priuilegijs eorum.c.13.
Apparitoribus prefecti vrbis. ibidem.
Apparitorum Magistrorum militum, & priuilegijs eorum.ibid.
Apparitoribus Proconsulis,& Legati c.13.
Apparitoribus comitis Orientis.ibid.
Apparitoribus Prefecti annonæ.ibid.
Appellationibus.A.2.3.
Appellationibus, vt si mota apud appellationis iudicem causa litigatores ad arbit.deueniāt, interaque temporis biennium decurrat, & contingat denuò causam ad appellationis redire iudicem, ne biennij decursus obijciatur.A.93.
Appellationibus,& consultationibus.c.7.
Appellationibus,& relationibus.N.49.
Appellationibus recipiendis,vel non.ibi.
Apud eum quo appellatur, aliam causam cogere compellendum.ibidem.
Apud quem controuersia feudi definiatur.F.2.
Apud quē oporteat appellationis in quinque prouincijs, Caria, Cypro, Cycladibus insulis, Mysia, & Scythia interpositas examinari.A.41.
Apud quos oporteat litigare manachos,& ascetrias. A.79.
Aqua quotidiana,& æstiua.N.43.

ua causa habet duas quęstiones.In prima quęritur,an abbas factus episcopus acquirat monasterio vel ecclesiæ,sol.dum fuit abbas acquisiuit monasterio,sed dũ factus est episcopus ecclesiæ,c.quã sit.In 2.an per episcopũ sit abbas eligẽdus,sol.à fratribus est eligendus, sed ab episcopo ordinãdus,c.hoc tantũ.Decimanona causa hẽt tres quęstiones,In 1.quęritur,an eps debeat permittere clericos,ad monasterium transire.sol.sic. In 2.si noluerit, an liceat eis eo inuito ad monasteriũ transire,sol.sic.c.duæ sunt.In tertia an liceat canonicis regularibus trãsire ad monasteriũ monachorum. sol.non sine licentia sui pręlati.Vicesima causa habet quatuor quęstiones.In prima quæritur,an pueri traditi monasterio cogantur ibi manere. sol.nõ,nisi postquam venerint ad annum discreptionis.cõsenserint. In 2.si præter voluntatem parentũ intrauerint monasterium, an possint extrahi de monasterio,sol. sic infra annum & diẽ,si sunt infra annos discretionis,c.si puella.In 3.qui inuitus cucullã induerit,an cogatur eã retinere,sol.non,nisi postquam consenserit.In 4.an liceat ab vno monasterio trãsire ad aliud,sol.sic arctioris regulæ.21.causa habet v.quæstiones in 1.quęritur, an liceat clerico in duabus ecclesijs inscribi, sol.non, de iure communi,c.j.& 3.In 2.an liceat clerico à sua ad ecclesiã aliam transire, sol.non sine literis dimissoris sui episcopi.c.si quis iam.in 3.an.liceat clericis suscipere procuratione negotiorũ secularium. sol.non nisi causa pietatis in 4. an liceat clericis ornari fulgidis vestibus,sol.non,in v.qua pęna sint feriendi clerici,qui ad seculare negotiũ fugiunt. sol. excõicationis 25. causa habet v. quæstiones. In 1.quæritur, an iuramentum sit præstandum,sol.sic,causa necessitatis.In 2.an sit periurus,qui iurat falsum quod potat esse verũ sol.sic,propter intentionem fallendi.In 3.an liceat

cleri-

clerici epo denegare certã obedientiã.sol.nõ ante cõdẽnationẽ.In 4.iuramentũ illicitũ sit seruãdũ, sol.nõ, c.in malis.&c. In v.an sit periurus qui cogit aliũ peierare,sol.sic c.qui.peierat.23. causa hẽt octo q̃stiones. In 1.q̃ritur an militare sit peccatũ,sol.nõ, in iusto bello,c.militare.In 2.an bellũ sit iustum,qđ fit ex edicto pulsãdi malas causas hominũ,sol.sic,c.1.In 3.an iniuria ecclesiarũ sit armis propulsanda.sol.est ab ijs quibus licet c.fortitudo.In 4.an vindicta sit inferẽda,sol. est ab eo cuius interest.c.ea vindicta.in v.vtrũ sit peccatũ iudici vel ministro reos occidere, sol.non,si fiat causa iustitiæ,c.etiã sine peccato.In 7.an mali sint cogendi ad bonũ sol. non c.ad fidẽ. In 7. an hæretici sit spolliãp.suis,& ecclesiæ bonis sol.sic,c.iã vero.in octaua an liceat clericis arma mouere,sol.nõ, manu propria,nisi in causa necessitatis c. quicunque. 14. causa hẽt tres quęstiones.In 1.quæritur,an hæreticus possit aliquẽ excõicare.sol.non,c.audiuimus.In secunda an post mortẽ possit aliquis excõicari,sol.põt pro hęresi, c.sanè. In tertia an pro peccato domini tota familia debeat excõicari,sol non.sed interdici põt,c.si hęres. 25.causa hẽt duas q̃stiones.In 1.quęritur,an authoritate priuilegij,quis cõtra ius cõe valeat se tueri, sol.valeat.§.vl.In 2.an sequẽtia priuilegia derogẽt priorib. sol.sic,si dẽtur ex tota sciẽtia vel certa, sciẽtia.c.rescripta 26.causa hẽt 7.q̃stiones.In 1.quæritur, an sint sortilegi, qui sub ficto nomine religionis futura promittũt,sol.sunt. In ij.an sit peccatũ esse sortilegiũ sol. sic c.sors.In 3.à quibus genus diuinationis sumpsit exordiũ, sol.à Persis. In 4. quot sunt genera diuinationis, sol.quatuor secũdũ numerũ,duo verò secũdũ formã. In 5.an sortilegi sint excõicandi,sol.sic,c.contra idolorum.In 6.vtrũ excommunicatus,ab episcopo possit reconciliari à presbyteros? sol.non, incõsulto episco-
po,

po,nisi in causa necessitatis c.ab infirmis. In 7.an mo rietibus sit pęnitētia indicenda? sol. nō, sed innoresc ē da.c.admoneant. 17.causa habet, duas quæstiones. In 1.quæritur, an coniugium possit esse inter vouentes, sol.non.si votum sit solemnizatum, secus si simplex, c.1.& 2. in secunda an liceat sponsæ à sponso recede re.sol.nō, si desponsatio sit de præsenti, c.desponsatam. 28.causa habet tres quæstiones, in prima quæritur, an sit coniugium inter infideles, sol.non, c.non oportet. In secūda, an liceat cōuerso ad fidem ducere aliam viuente priore. sol. sic, si diuisus sit ad infideli, c.si infidelis. in tertia, an bigamus sit, qui habuit vnā vxorem ante baptisma, & aliam post, solu. sic, & hoc rōne baptismi. 29 causa habet duas quæstiones. In prima q̃ritur, an sit matrimoniū inter seruū, & ingenuē, sol.sic, nisi error impedias. in 2.cū deprehenderit illa fore seruum, an liceat, ei ab illo recedere, sol.sic, c.si quis ingenuus. 30.causa habet quinq; q̃stiones in prima quæritur, an sit debitū reddēdū vxori, quę ꝓpriū filiū de fonte suscepit, sol.sic, nisi ex cōsensu vtriusq; sit factum. c. dictum est. in x.an sponsalia contrahantur inter infantes, sol. non, intra septimum annum. c. vbi non est. in tertia an spirituales, vel adoptiui fili cū naturalib. possint cōputari? sol.nō c.1.In quarta vtrū liceat aliquē ducere commatrē vxoris suę in vxorē? sol.sic, vxore mortua, si cōmaternitas præcessit matrimoniū.c.sciscitatur. In v.an clādestina despōsatio manifestè præiudicet? sol.non quantū ad ecclesiam. Tricesimaprima causa habet 3.quęstiones. In 1. q̃ritur. an possit duci in vxorē, quę prius polluta est p adulteriū, sol.potest, cū dederit ei fidē prius adulter viuente viro, nisi machinatus esset in mortē eius, c.si quis viuēte. In 2 an filia sit intuita tradēdā viro alicui in vxorē, sol.non c.1.§.1. In 3.an post patris sponsionem, ipsa

possit

possit nubere alij, solut. potest, si non consenserit.

Publice interest vt dignitatum ordo seruetur & non ignobilis immisceatur cum nobili, tex.in l.1.§. sed & si seruus,ff.de ven.inspi.

Patrem à filio regi indecorum est, l.is qui in ea. ff. de tu.& cu.da ab his.

Pugna pro patria,Cato.& l.veluti,ff.de iusti. & iu.

Pactum expressum tollit pignus non tacitum, glo.in l.si tibi,ff.de pigno.gl.1.ff.de pac.

Præfatio non declarat actum præcedentem, l.ita stipulatus ff.de verb.obl.secundum casum Iaf.in d.l. contra de l.Titia,eo.ti.§.pen.

Pars vna declarat aliam,l.qui filiabus,in prin. ff. de l. 1.l.verum,de pet.hær.l.1.ff.de re.du. Decius ius in c. col.8.de probatione.

Papa est successor Moysi, gl.in c.causam quæ,el 2.qui filij sunt legi.in ver.ad regem.

Promittere vel soluere patria sunt,l.fi.C.ad l. Falc.facit.tex.vbi Deci.in cap.veniens,el 1. de testi.& l.fi. ff.ad Sille.l.quamuis,§.interdum,ff.ad Velle.

Principali annullato propter aliquem fauorem non annullatur accessorum, Alex.consi.59. viso instrumento,in 5.vol.

Porticus pars domus est l.cætera,§. hæc senatus, ff.de l.j.vide tex.in c.solennitates,el 2.de conse. dist. 1.

Prætor bonorum possessorem hæredis loco in omni casu habet,l.prætor,ff.de re.iur.

Perfectum non dicitur quādo aliquid deficit,l. librorum,§.quid ergo,ff.de leg.1.

Pro facto habetur quod in fieri est,l. cum vxori, & l. ligno,§.ego autem,ff.de leg.3.

Prius tollitur per posterius, & posterius fit inualidū quando ab eodem sunt facta, l. fundum, §. fin. de fund.institu.

Præsens intelligitur qui in studio est,l. Seiæ, §. Pamphilæ,ff.de fun.inst.l.quæsitum,ff.de leg.3.

Prohibito matrimonio prohibentur sponsalia, l.oratio,ff.de spon. quòd est verum quando prohibitio habet perpetuam causam prohibitionis,secus si téporalem,l.solet,ff.de his qui no. infa. vbi licet mulier matrimonium contrahere non possit intra annum luctus,l.1.& 2.C.de secund.nup.tamen intra illud tempus bene potest desponsari vt dixit tex. in d.l.solet,& vide alium tex. in l.si quis officium, & in l.si quis tutor,§.quamuis,ff.de ri. nup.

Præiudicatur alicui vbi eius voluntas impeditur, §. huic autem,& §.præterea,el 2.insti. de actio.

Punitur satis aliquis si ruborum vel laborem patitur, c.cum dilecti.de accus.

Patria potestas est inæstimabilis,l. filiusfam.§. secundum vulgarem de leg.1.

Prædo

Prædo propter culpam non tenetur ea simpliciter di cit tex. in l. & non tantũ, §. veniunt, ff. de pet. hære.

Præsumitur minime pro sententia iudicis cui de nocte traditus fuit processus, & de mane iudicat, ita nec pro decreto; quia præsumuntur facta sine causæ cognitione, ita Bar. in l. probata. C. de sen. Hier. But. in l. sciendum, ff. de verbo. obl. & de 2. Petr. de Anch. consil. 82. incip. visis diligenter narratis, & actitatis.

Populo qui placet, displicet Deo, quia populus est docendus & non sequendus, Bal. in c. 2. de elect.

Patria nobilis eius filijs redundat ad gloriam, tex. in l. si quis, C. de natu. libe.

Pactum instituo te si alas me senem. videtur quòd valet, ar. in l. si quis ita hęredem, & l. si quis institutus, ff. de cond. insti. Hier. But. in l. licet, C. de pact.

Prohibitum in iudicio, & extra iudiciē prohibitum esse videtur tex. in l. qui testator, §. eum qui. ff. de test.

Patria sunt promittere & soluere, l. fi. ff. ad Sill. & l. fi. C. ad l. Falcidiam.

Preces principis habetur ꝓ iussu, gl. in l. 1. ff. quòd iussu. Fel. in c. si pro debilitate, in 2. col. de offic. deleg.

Principijs ignoratis ignorari oportet, & ea quæ post principia sunt, in auth. de non alie. §. si minus, Dy. in regula nullus pluribus, in 4. col. de reg. iu. in 6. c. cum Paulus, 1. q. 1.

Paria sunt legem non esse, & esse, sed obscuram l. de ætate, §. nihil de interro. actio.

Paria non sunt aliquid esse expressum, & haberi pro expresso, l. licet, ff. in qui. cau. pig. ta. contrah.

Promissa iure sunt debita, l. nemo, ff. de in integ. rest. facit, c. 1. de dona.

Proprium dicitur quod alicui non communicatur, tex. in l. 2. & ibi Bar. fi. de adop.

Posse

Posse non dicimur, quæ facta sunt contra famam & verecundiam, l. filius, ff. de condi. insti. Iaſ. in l. ſi ſtipuler vt id fiat, ff. de verb. obl.

Potentius operatur natura ſubiecta materiæ, quam nominis proprij expreſſi, cap. 1. de transla. facit, l. ſi ſeruus communis, ff. de ſtipu. ſer.

Per coniecturas probatur aliquis facturus, quia non poteſt demoſtratiuè probari, gl. in l. apud Celſum, ff. de except. doli. per Doct. in c. 1. & c. cauſam matrimonij, de offic. deleg.

Pecunia non debet eſſe ſterilis, l. quid ergo, §. vſuras, ff. de con. tutel.

Pro poſſeſſore habetur qui dolo deſijt poſſidere, c. qui poſſeſſore de reg. iur. lib. 6.

Procurator infamis põt eſſe de iure ciuili, §. fi. in inſ. de exce. no. Abb. in c. poſt ceſſionem, de prob. ſecus de iure cano. vt in c. Imperator, vbi gl. de iur. cal.

Paria ſunt non habere maritum vel habere inutilem. c. 2. de transl. præla. vide Abb. in c. bonæ, el 1. in 3. no. & eſt tex. ſin. in l. fi. C. de plag. vide Alex. conſil. 104. in 1. vol.

Pœna corporalis minima, maior eſt quacunque pecuniaria, l. in ſeruorum, ff. de pœn.

Pactum contra naturam contractus veſtitur, l. ſi conuenerit, ff. de reſcin. ven. quæ dicit mirabilem, gl. in l. quoties, §. ſi colonis, ff. de vſufr. facit l. 2. ff. de hære. & ac. ven. imò etiam veſtitur contra bonam fidem, tex. eſt notabilis, in l. Lucius, ff. depoſi. & hoc eſt cõtra communem, ita Hier. But. in l. in bonæ fide, C. de pact.

Præſumitur modo eſſe eo quod olim fuit, c. in parochia 16. q. 1. & l. patrum, C. de rei ven. & l. pe. ff. de ſta. ho. & l. ex eo. ff. de ædil. edic.

Propoſitum in mente retentum nihil operatur, l. ſi repe-

repetendi,C.de condi.ob causam.

Princeps peccaret si coram eo admitteret illam exceptionem opponi, scilicet quod ex pacto nudo detur actio.ita Ant.de But.in ca quæ in ecclesiarum, de const. & dicit singulare Alex. in l. iurisg. §.sed cum nulla,ff.de pac.

Prohibetur vnum iustum propter aliud iniustum, 12.q.1.habebat 21.dist.denique,ff.de rei vend.officium,ff.de dam.infec.l.si finita,§.ex hoc edicto.

Principale illud dicitur ad quod principalis intentio tendit,Bar.in 1.const.C.

Paria sunt quòd quid obliquè fiat vel direct.l. 3. §.in rem. ff.de in rem ver. Contra de l.quædam, ff. de ac.re.do.l.tutor rerum,ff.de admi.tut.

Piratæ quos vulgus Corsaros appellat,possunt impune occidi & derobari,ita dicit Ioan.de Ana.in c.2. in 2.col. super gl.2. de hom.& tales quodlibet anno, in cęna Domini excommunicantur, vt tradit idem Ioan.de Ana.in c.3.in 2.col.de rapto.

Patria sua cuilibet dulcissima est,l.qui habebat,& ibi glos.de le.3.tenet Io.And.in c.quod alicui,in 1 col. de re.iu. in mercu.& hoc siue sit magna, siue parua,vt dicit And.de Iser.in §.si vero in 1.col.de feu. guardiæ.

Prohibitus vendere prohibetur pignorare, vt dicit Bar.in l.qui habet,ff.de leg.

Prohibetur habentibus dignitatem exercitium artis notariæ tanquam vilissimæ,l.vniuersis, C.de decurio. li.10.& ibi Bar.inuehit contra aduocatos exercentes huiusmodi artem, quod dictum sequitur Decius in c.ex litteris,col.pen.de proba.

Pater & filius censentur copulati iure diuino,ita Bar. in l.cū in adoptiuis,in 2 col.ver. ibi cū enim, C. de ado. l. ita melior amicus dicitur pater quā quilibet alius,

alius,vt dicit Bal. in c.per tuas,de prob. Et ideo de alio plus confidere nō debet quàm de patre,l. quidam cum filium, ff. de hære. inst. tradit Iaf. in l. 1. col.fi.de collat.

Præsumitur quis bonus,vel malus, ratione patris vel patriæ,gl.in auth.de refer.in fi.col.2.& l. quisquis, §.filij vero,C.ad leg.Iul.maiest. & l. quòd si nolit, §.mancipia ff.de ædil.edi.vbi dicit gl. sæpe solet filius similis esse patri,& arbor mala non potest bonos fructus facere.

Pater cogitur officio iudicis alere filios pro modo facultatum non valentes se ex sua arte alere,l. si quis à liberis,§.si filius,ff.de lib.agno.etiam si sint naturales tantum.

Pater non tenetur alere filium quando est opifex, & ex eius officio potest se alere,vt no.in §. si filius, in l.si quis à libertis, de lib. agnosci quia tunc potest ei dici, à patre qui non laborat non manducet, vt dicit glo.in l.quamuis,ff.de damn.infect.

Populum faciunt decem homines,& duo faciunt cōgregationem, & tres faciunt collegium, & decem aut quindecim faciunt turbam,gl.in c. 1. de cle. & tot homines gentem faciunt quot populum secundum Bar.in l.prætori,ff.vi bo.rap.

Palam factum dicitur, quod fit etiam ab vno coram aliquibus,gl.in l. 1.C.de in integ.rest.mi.& in c.biduum,§.palam,2.q.6.

Prælatus qui suam vtilitatem vtilitati ecclesiæ præponit quando igitur de acquirendo excusatur,ita sentit gl. 1.in fi.in c. scias fratres, 7.q. 1. cum qua transit Archi.

Papa qui notoriè mundum scandalizat potest deponi,gl.in c.si Papa.40.dist.

Præscriptio nō interrumpitur per sequestrum,Card. in

in cle.1.18.q.de sequest.pos.& fruc.

Pestis æquiparatur hostilitati, Butr. in c. cum dilecti, de dolo & contu.

Præscriptio non currit illi qui si agere exceptione re pelletur,Pet.de Anch consi.5. pro parte nobilis vltra me.

Papa si dicat agatis gratias nomine nostro talibus hominibus pro bene meritis,erga nos, illi possunt effici exempti ab ordinario.Ange.in l.Paulus, §.Paulus,ff.de fidei.lib.per illum tex.aureum,vbi si testator mandat agi gratias seruo suo benemerito, debet effici liber.

Principio malo inchoata non conualescunt,quamuis ad eum casum deueniant à quo verè possent incipi.vt 7.q.1.episcopo,extra de elect.auditus, aut.vt iud.sine quoquo suf.§.cogitatio.col.2.

Princeps non potest supplere defectum iuris naturalis,Host.in c.1.de transac.

Princeps ex potestate absoluta confirmare potest sententiam nullam.Bal.in l.rescripta,3.col. C.de preci.impe.offer.

Prælatus qui consueuit bene administrare præsumitur conuertisse in vtilitatem ecclesiæ, Bal.in c.cum causa,de sent.& re iud.

Priuatio præsupponit habitum, c.ad dissoluendum, extra de despon.impu.l.decem,ff.de verb.obl.

Princeps ius diuinum tollere non potest, c.cum inferior de mai.& obed.ç, sunt quidem, 25.q. 1. notatur,in c.quæ in ecclesiarum,de consti.cum fieri.

Per solas nuptias conseruatur elegans genus humanum in auth.de nupt.in prin.vbi dicitur,quod nuptiæ præstant immortalitatem humano generi, ad hoc etiam facit tex.in l.1.ff.sol.mat.

Præfatio legis demonstrat finalem intentionem cõstidentis,

dentis, l. regulas, §. licet ibi nutum constitutionis demonstrat, de iur. & fac. igno. ff.

Propter diuersa phantasmata, generantur in nobis diuersa intellectiones, secundum Philosophū 3. de anima, gl. in l. de tut. C. de in inte. rest. min. & ibi Bal. & And. Sicu. in c. quod clericis, de fo. comp. col. 21.

Presbyteri loco leuitarum successerunt, vt est tex. in ca. clericos, 21. dist. §. presbyter.

Plus valet vmbra senis, quam gladius, siue eloquentia iunioris, secūdum Bal. c. 1. extra de renun. ad quod satis accedere videtur quod de Marco Castricio refert Valerius lib. 6. tit. de libere dictis aut factis, qui Carbone consule sibi dicente multos se habere gladios respondit, & ego annos.

Plus sapientiæ maturitas quàm corporis canicies consideranda est, c. quisquis, & c. sequen. 84. dist. & in c. vilissimus, 1. q. 1.

Pater est melior amicus quā habeat filius, immo tāta est dilectio patris erga filium, quòd magis terretur in filio quam in seipso, Bal. in c. per tuas, de proba.

Princeps de plenitudine potestatis legitimare potest, etiam in præiudicium eorum quibus est ius quæsitum inde etiā ipsis non requisitis. Alex. consi. 228. inci. visis codicillis. Bu. in c. per venerabilem, 21. col. ver. 2. requiritur, & ver. seq. qui fil. sint leg.

Papa potest supplere in facto, quamuis non petitus à parte, But. in c. vestra, 36. col. de coha. cle. & mulie.

Princeps iudicare potest secundum conscientiam omissis actitatis, non sic inferiores, Bartol. in l. 1. C. vt quæ de sunt aduoca.

Papa recusari nō potest vt suspectus, Abb. post Host. in c. querelam, de elec.

Papa cōtra bonos mores inita dicūtur ipso iure nulla Francis. de Arc. in l. maritū, §. elegātur, ff. sol. matr.

Paria

Paria sunt aliquid non dici, vel obscure dici. Fran. Aret. in l. qui ex pluribus, ff. de verb. obl.

Probatio à cōiunctis valida est in iure, ff. de neg. gest. idest at qui nam, 4. dist. denique.

Peccatū mortale est occultare veritatem, 2. q. 3. quisquis, & extra de cri. fal. c. 1.

Prælatus conditionem ecclesiæ deteriorem facere non potest, extra de dona. fraternitatem.

Q

QVi male agit odit lucem, ff. de ven. inspi. l. 1. §. tria luminaria, in gl. no. etiā glo. C. de dona. l. donator. super verbo ecclesiæ, & C. de contrahen. emp. l. ipse, & Iob. 3. cap.

Qui semel malus semper præsumitur malus, l. si cui, §. ijsdem, ff. de accu. & l. 2. ff. de se. na. cum ibi no.

Qui semel bonus semper præsumitur bonus, ff. de re mili. l. non omnes, §. barbaris.

Qui semel pauper semper præsumitur pauper, l. non est, ff. de proba.

Qui semel diues sēper præsumitur diues, ff. de prob. l. persona.

Qui semel dominus semper præsumitur dominus, l. siue possidetis, C. de proba.

Qui per aliū facit per seipsum facere videtur, l. si per aliū, ff. ne quis eū qui in ius vo. est vi exi. & l. si quis id, §. pe. ff. de iu. om. iu. & l. 1. ff. de eo quod fac. erit, & l. liber homo, ff. ad leg. Aquil. & l. 1. §. deiecisse, ff. de vi & vi ar. & l. eos in fi. C. de vsu. & inst. de re. di. §. nihil autem, & an hoc procedat proprie, vide remissiue Ang. in §. igitur, in prohe. ff. & Bar. singula. in l. sed & si vnus, §. si seruus, ff. de iniur.

Qui certus est certiorari non debet, l. 1. in fin. ff. de act. emp. & vend. & c. eum qui, ff. de reg. iui. lib. 6.

Qui tacet consentire videtur, l. in adoptionibus, C. de ado.

ado. ff. sol.ma.l.2.§. voluntatem, in aut.qui.mo.na. ef. sui, §.generaliter, l. Arist.ff.quæ res pig. ob. non pos. & l.2.C.de acquir.pos. Contra ff. de procu. l. filius, §.inuitus, & ff.de fur.l.qui vas, §.vetere, & ff. man.l.qui patitur.

Qui occasionem damni dat damnum dedisse videtur, ff.ad l. Aquil.l.qui occidit, §.pen.

Qui prior est tempore potior est iure, C. qui po. in pign.hab.l.si fundum, & l.si generaliter, & l.2.cum rem.& l.licet, & l.diuersis temporibus.

Qui se ingerit pro suspecto habetur, l.qui omnia, ff. de procuratoribus.

Qui de vno dicit de reliquo negare videtur, l. cum prætor, ff.de iud.

Qui de vno negat de alio concedere videtur, l. si maritus in fi.de procur.eo.c.nonne.

Qui accusare volunt probationes habere debent, l. qui accusare, C.de eden.

Qui parum studet, parum proficit, no.glo.C. de propositis sacro.scrin.l.vnicuique, lib.12.

Qui vadit plane, vadit sane, insti.de iust. & iur. §. his.

Qui prior appellat prior agat, l.qui prior, ff. de iud.

Quando duo sunt contraria ad positionem vnius, sequitur destructio alterius, ff. de proc. l. Pomponius, §.sed & is.

Qui sibi ipsi non parcit, alijs parcere nó præsumitur, l.omne delictum, §.qui se vulnerauit, ff. de re mili.

Quando duo sunt necessaria interueniens non sufficit, ff.de diuor.l.pen.in glo.

Quod primum est aliud ante se habere non potest, in prohemio, ff.§.in reliqua.

Quod legitime factum est pœnam non meretur, C. ad le. Iul. de adult. l. Gracchus. Item quod per me possum, per alium possum.

Quod

Quod ab initio non valet tractu temporis non potest, conualescere, ff. de reg. iur. l. quod ab initio, & ff. de pac. l. si tibi decem, §. si pactus.

Quæ bis in mense purgatur sana non est, l. quæ bis, ff. de ædil. edict.

Qui iniustè litem mouet ad expensas tenetur, l. omnes, in fi. C. de epis. & cle. & C. de iud. l. properandum, §. si vero.

Qui patitur quod potest prohibere ipse facere videtur, ff. de noxa. l. secunda, & ff. de his qui not. infa. l. liberorum, C. de sacrosanct. eccles. l. iubemus, §. œconomus, ff. de iur. patro. l. adigere in prin.

Qui eligit vnum, ex contrarijs, alij renuntiare videtur, ff. de inoffi. testa. l. modo.

Qui postulat testes, eis debet dare sumptus competentes, C. de testi. l. quoniam.

Quando plus fit quam fieri debet, videtur etiã ipsum fieri quod faciendum est, ff. quemad. ser. amit. l. si is cui via actus, & ff. de re. iu. l. si se. §. sed pi. ff. de sta. ho. l. non sunt liberi.

Quicquid filiusf. acquirit, patri acquirit, cum tamen sit, in potestate patris, institu. per quas perso. no. acqui. in prin. ff. de acqui. pos. l. qui seruo.

Quod tibi non vis fieri, alijs non feceris, no. gl. inst. de iust. & iure, §. iuris præcepta, super verbo alterum non lædere, & ff. eo. l. iustitia, & §. super eo. verbo. & in decretis, in prin. ff. quod quisque iur. in prin.

Quod per me non stat mihi non debet imputari, l. si ideo C. de his quibus vt indig. l. si post diem, §. sed si ita, ff. quando dies leg. ced.

Quod per me stat mihi imputari debet, ff. de contrahen. empt. l. hęc vend. §. 1. vide Ias. in §. item si quis, in 5. col. de actio.

Qui in vno grauatur in alio releuari debet, l. eum

qui,ff. de iureiu. & C. de non nu. pe. auth. contra qui proprium.

Quod non valet vt ago, non valet vt valere potest, l. 1. §.eum, ff.de constit. pec. & C. de latina libertate tol.l. 1.

Quod principi placuit legis habet vigorem, inst. de iure na.§.sed quod principi.

Qui negat non tenetur probare, l. 2. ff.de proba. & l. actor.C.eod.

Qui simulat verbis, nec corde est fidus amicus. Tu quoque fac simile, sic ars deluditur arte, no.glo. in auth. de exhi. & intro. re. §. illud quoque col. 5. superbo arte.

Qui binos lepores vna sectabitur hora. Vno quandoque, quandoque carebit vtroque, no.glo.l. nemo la 3.C.de assesso.super verbo in vtrunque festinat.

Quæ de nouo emergũt nouo indigẽt auxilio, l. de ætate, §.ex causa, ff.de interro.ac.& ff.de re iud.l. si iure, ff.de inoffi. test.l.i... decedẽs, & de ferijs l.oratione, C.si sæpius in inte. potest restit.l.quãquam, & l. 1. ff.de ven.inspi.c.miramur, 61.dist.

Quilibet potest suo iuri renunciare, l.penu.C.de pact. l. pactum, ff.eod.

Quæ malo sunt inchoata principio, vix bono peraguntur exitu, in auth.vt iudi.sine quo suff. §.cognitum, col. 2.

Qui soluit propter suum malum, alij non prodest, ff. ne quis est qui in ius vo.est vi exi.& l.locum, §.pen. ff.de tab. exhi.& ff.de interro.act.l. qui seruum, in princ.& ff. quod vi, aut clam, l. semper, §. & si in sepulchro.

Qui semel actioni renunciauit amplius repetere nõ potest, l.qui actionem, C.qui accu.non pos.& ff.ad Turpi.l.quod deficit, & ff.ad leg. Iul. de adul. l. si mari-

maritus,§.si negauit,& ff.accu.l.hi tamen in fi.

Qui terminos effodiunt pœna extraordinaria puniēdi sunt,C.de accu.l.1.

Qui accusare possunt intelligeremus,si sciremus qui non possunt, sequitur itaque prohibentur accusare. Alij propter ætatem vt pupillus. Alij propter sexum vt mulier,l.qui accusare,ff.de accusa.

Qui à latronibus capiuntur cū liberi manent,possunt facere testamentum,l.qui à latronib.§.1. ff. de test.

Qui apud extraneos legatione funguntur,possunt testari,ff.de testa.l.qui apud extraneos.

Qui incertus est de statu suo,certā legem in testamento dicere non potest,l.quià domino;ff.de testa.

Qui in testamento hæres instituitur in eodem testamento testis esse non potest,l.quæ in testamento, ff.de test.

Quando agitur contra testamentum ad illud in dubio fertur sententia pro testamento, ff. de inoffic. testa.l.si pars similiter etiam pro dote fertur sententia in dubio,ff.de reg.iu.l.in dubijs,similiter in liberali causa,ff.de re iudi.l.interpres.

Quando datur cautio intelligatur simplex repromissio, quando datur sufficiens cautio, intelligatur cū iuramento,& fideiussoribus,C.de verb. sig.l. sancimus,& ff.mand.l.si mandata,in fi.

Quod in alterius persona seruat quis, in sua seruare tenetur, ff. quod quisque iur. l.1.in princ.& ff. de condi.inde.l.frater à fratre.

Quod semel est verum semper præsumitur verum, not.glo.ff.de damn. infe. l. qui bona fi. §. quid sit stipulatur,& C.de proba.l.siue possidetis.

Qui occidit latronē non vtiq; tenetur,si aliter periculum effugere non potest,inst.ad l.Aquil.§. iniuria.

Qui occidit aliquo casu latronem non tenetur, dum ta-

tamen nulla culpa inuenitur, vt in eo.§.præalle.

Quod omnes tangit ab omnibus approbari debet, l. fin.C.de aut.præstan.& ff.de eden.l.si quis ex argẽtarijs, & ff.de pact.l.suum hæredem, §.hodie.

Quamuis aliquid de se non sit malum si tamen sit res mali exempli fieri non debet, ff.de pe.l.si quis, §.qui abortionis, aut amatorium obseruandum est, de iud.l.exemplo, C.de proba.

Qui scire debet præsumitur esse sciens, licet sit ignorãs, l.sed & si pupillus, §.prescribere, ff.de instit.ac.

Quædam possunt fieri tacitè quæ non possunt fieri expresse, ff.de reg.iur.l.actus, §.expressa.

Qui casum dicit casum probare tenetur, C.de testa.l. consulta diuinalia.

Qui parũ diligẽtẽ sibi socium acquirit de se queri debet, l.socius socio, in fi.ff.pro socio, & instit.eo.§.fi.

Quod approbo non reprobo, l.Pomponius, ff.de neg. gest.

Quæ incontinenti fiunt inesse videntur, ff. si cer.pet. l.lecta.§.dicebam, & C.de pac.l.petens.

Qui tardius soluit quàm soluere debeat, minus soluere videtur, insti.de acc.§.tempore, ff.de ver.sig.l.minus, & l.si cui.

Qui in vno prohibetur in alio conceditur, ff. de fide instru.l.ex eo quod prohibet.

Quod inter alios actum est alij nocere non debet, ff. de iureiuran.l.nam postea, in fi.

Quod bene gestum est non debet ex alio euentu reprobari, l.Barbartus Philippus, ff.de offi. præsi.

Quilibet transfuga est proditor, sed nó econtra, not. glo.ff.de re milit.l.omne delictum, §.fi.super vers. proditore, cum l.proditores, & pro hoc, ff. de ca. & postlimi.reuer.§.transfugæ.

Qui malo consilio, & proditoris animo patriam relinquit

linquit, hostium numerum habendus est, l. postli. §.transfugæ, ff. de cap. & postli. reuer.

Quanto quilibet preest melioribus, tāto maior ipse & honestior, in aut. de defen. ci. §. si vero quædā, col. 3.

Quæ dubitationis causa tollendæ contractibus inferuntur, ius commune nō lædunt, l. qui mutuam, in princ. ff. man. & ff. de reg. iu. l. qui dubitationis.

Quod proprium est, ipsius amplius fieri non potest, inst. de lega. §. si rem. ff. de exce. rei iud. l. an eandē, §. actiones, & inst. de ac. §. sic itaque, ff. de acq. pos. l. 4. §. 1. vide Dom. in c. cum personæ, §. quòd si talis, in 1. col. de priui. in 6.

Qui mortem facit, mortem debet pati. ff. ad l. Cor. de fal. l. 1. §. 1.

Quod ex leuitate capitis procedit impunitum remanebit, l. 1. C. si quis impera. male, ff. de re. iu. l. quod calore.

Quod non mutatur, quare stare prohibetur certe pro nihilo, C. de test. l. sancimus, C. de ædif. pri. l. præcipimus, C. de appe. & in auth. qui mo. na. effi. sui, §. tributis, ff. de adimend. le. l. si tibi, §. qui filias, ex disparibus.

Quod fauore aliquorum introductum est in eorum læsionem retorqueri non debet, C. de legi. l. quod fauore, C. de sec. nup. l. generaliter, & C. de procur. l. nemo.

Qui cito dat bis dat, & qui tarde dat minus dat, insti. de fideiuss. §. non solutum.

Qui rem alienam possessam inuasit similis est furioso, C. vnde vi, l. si quis in tantam.

Quicūque rem alienam inuasit domino insciēte pro furioso tenetur, l. cum quærebatur, C. vnde vi.

Quicūque possessor diffinitur per spaciū 30. an. in ea.

Qui duos habet accusatores à tertio prohibetur, l. cū

rationibus,C.qui accu.non pos.nisi suam, aut suorum iniuriam prosequantur, hoc est verum de diuersis criminibus, quia aliquis posset accu.4.vel 5. vel mille,de eodem crimine.

Quædam per vniuersitatem transeunt, quæ sol.non possent alienari,l.quædam,ff.de acqu.re.do.

Qui non potest vt minus, nec vt maius, ff.de sena.l. qui indignis.

Qui errat nõ cõsentit,ff de iu.om.iud.l. si per errorẽ.

Qui pro republica occisi fuerunt in perpetuum per gloriam viuere intelliguntur, inst. de excu. tu.§.hi autem.

Quid verbis opus est cum rerum nullus sequatur effectus,l.fi.C.de do.

Quod commune est, meum non est, ff.de diui. re. & qua.l.in tantum,§.1.ff.de au.& arg.le.l. Quintus.

Quod sensu caret non committit iniuriam,inst.si qua dru.pau.fe.di.§.pauperies.

Quoddam est peculium profectitium sibi quod acquirit filiusfa. de rebus paternis, & quoddam castrense quod in castris quæritur,vt ff.de castren.pec. l.si à castrense, & l.peculium castren. & l. si forte, & est aliud quasi castrense quod in ciuitate quæritur ea publica causa, vel salario ex publico, C. de inoffi.testa.l.si per hoc,gl. 1.cum oportet,§.1.super verb.exceptis peculijs,C.de bo.quæ li.

Quod ex re nostras fit, nostrum esse verius est, ff. ad exhib.l.de eo.§.si quis.

Quoties aliqua actio, vel exceptio deficit, sciendum est vtile actione præscriptis verbis, l.quoties, ff.de præscri.verb.

Quando duo iura concurrunt in eandem personam, perinde est,ac si concurrerent in diuersis personis, l.tutorem, ff. de his qui.vt indig. l. si quis decurio.

C.ad

C.ad l.Cor.de fal.

Qui non laborat nō mādučet,no.gl.l.quamuis, ff.de dam.infec.pro hoc,l.si plures,C.de condi. insertis.

Quædam gratis fiunt quæ non gratis fieri possunt, ff.de iure fisci,l.2.in princ. ff. de cond. ob turpem causam.l.fin.

Quædam honeste accipiuntur quæ non honeste petuntur,ff.de va.& extr.cog.l.1.§.fi.& ff.de ori. iu.l. 2.§.fin.in prin.

Qui dicit malam fidem,debet eam probare, Cod.de euic.l.pe.

Qui actionem habet ad rem recuperandam, rem habere videtur,ff.de regu.iu.l.qui actionem. Contra quia minus est habere actionem quàm rem,l.inter vestem, §.Pomp. ff.de au.& arg. l. non minus, de regu.iu.l.1. ff. de rei vend. Dec. hic multa dicit ad istam reg.

Quilibet debet esse diligens & non negligens in officio suo, ff. de exc.tut.in l.si duas, §. nimis,& ff.de adm.tu.l.cum plures,§.nimium,& ff. de offi. præs. l.diuus Marcus.

Qui iacet consentire videtur, l.fi.siue,C.ad sen.cons. Vell.

Qui per se non possunt capere nec per seruos suos, l. neque,C.de hær.insti.& ff.eo.l.non minus.

Quid quisque iuris statuerit in alterum, ipse eodem vti debet,ff.quod quisque iuris,per totum.

Qui negligenti amico rem custodiendam tradit suæ facilitati imputare debet,inst.qui.mo.re. contrahi. ob.§.præterea,in fi.

Qui negociationibus præponuntur institores vocantur,insti.quod cum eo.§.iusto.

Qui rem nondum emptori tradidit,adhuc ipse dominus est,insti.de emp.& ven.§.vtique.

Quod cum vno gestum est cæteris non prodest, l. neque pactio. C. de transact.

Quod minus est dignum, digniorem non continet, ff. de verb. sig. l. 1.

Quicquid inædificatur solo, solo cedit, l. si cui ædes, ff. de le. 3. & insti. de rerum diuis. §. cum in suo, & l. adeo, §. fi. ff. de acquir. rer. dom.

Qui suo iure vtitur nemini faciunt iniuriam, l. qui iniuriarum, §. is qui, ff. de iureiu. & l. 1. §. idemque Marcellus, ff. de aqua plu. arc. & extra de elect. ca. cum ecclesia.

Qui alij mea voluntate soluit, mihi soluere videtur, l. nihil interest, C. de sol. & l. inuito, eo. tit. ff. de pig. act. l. si solutum, §. solutam.

Quis debet puniri vbi delinquit, l. capitalium, §. famosis ff. de pœnis, & ff. de noxa. act. l. fi. vnde dicitur vbi te inuenero ibi te iudicabo.

Qui inuito vel ignorante creditore alijs soluit, se nõ liberat ab obligatione, l. inuito, C. de solu.

Quem de euictione tenet actio ipsum agentem repellit exceptio. l. excepti, doli, & l. si ob causam, & l. seq. C. de euict.

Quod voluit non potuit, & quod potui volui. No. gl. C. de contrah. & commit. stipu. l. 3. in fi. glo. sic, C. si quis alteri vel sibi, l. multum.

Quilibet potest suum nomen mutare, l. 1. C. de mu. no. cum tamen sit sine fraude.

Qui furanti signũ prębuit, perinde habetur ac si manifesti furti cõdemnatus esset, & famosus efficitur, ff. ad leg. Iuliam pecu. l. si sacrilegij pęnam, circa fi.

Quæ nõ prosunt singula multa iuuãt, C. de prob. l. instruméta, l. rationes, l. non epistolis, & l. non nudis.

Quæ religiosis adhærent religiosa sunt, l. quæ religiosis, ff. de rei ven. iuxta illud; cum sancto sanctus erit

erit & cum peruerso perueteris, psal.

Qui omne dicit nihil excludit. No.glo.in l.à procuratore, C.man. & ad hoc, C.de hær.insti. l.2. & ff.de hære. inst.l.quod si Mæuius, & l.1.de pecu.legato.

Quæ domi geruntur facilius probantur per domesticos quam per alios, C.de repud.consensu, §.seruus, C.de quæst.l.interrogari.

Quilibet de episcopatu potest sacramenta recipere in maiori ecclesia, c.officium, de officio archipresb. 1.dist.in capite.

Quod à pluribus quæritur sapientibus facilius inuenitur, 20.dist.de quibus, & per ampliores homines perfectissima veritas reuelatur, C. de fideicom. l. vlt.ad fi.& 64.dist. extra conscientiam.

Quod differtur non aufertur, ff.de iu.l.cum furiosus, & insti.sing.re.per fideic.relic.§. itaque Contra, C. de inoffi.testa.l.sancimus, §.fin.& ff.de vsu.l.si vsufructus, & de post. de elect. de isto Brocardo vide Bar.in l.inter stipulantem, §.sacram.ff.de verb.obl. l.limita vt per Domi.in c.si super. in princ. de offi. deleg.lib.6.

Quantum quisque meretur, non quantum dare sufficiat æstimatur, l.si quemquam, C.de epis.& cle.

Quod quis cum seruus esset egerit ; perficere liberto facto non potest.regula iur.quod quis.

Quod raro fit quandoque fit, l.sed & fi.ff.de vsufr.

Qui est in castris dicitur esse in morte. Abb.in c.quoniam frequenter, in 1.col.vt lit.non contest.in c.pastoralis, de offi.ord.

Quod longe est à verisimili, est quædam falsitatis imago, l.milites, oportet, C.de quæstio. Bald.in l. 1. C.de fug.quem refert Socin.in l.3.§.item, si reipub. in 4.col.ad leg.Falcid.

Quo ad istud verbum, habet in se reuolutiones temporis,

poris,l.3.§.quod si quis,ff.de suspe. tuto.& l. Titius de exc.tu. & de mili.test.l.quod dicimus, & de adi. le.l.legatum est tibi.

Quoties nihil siue captione inuestigari potest, eligendum est quòd minimum habeat iniquitatis,regula iur.ff.& l.3.§.duæ autem, ff.de Car.edic.& 13.dist. duo sunt.

Quanto magis crescit puella tanto magis est impendendũ in ea.l.cũ vnus, vbi gl.fi.ff.de ali.& cib.leg.

Qui est cum inimicis meis amicus meus non est,C.de inof. test. l. liberti,§.fin. & 3. q. 5.c.3. & gl. in c. si inimicus,95.di.c.cum oporteat, de accu.

Qui potest inuitis alienare, multo magis & ignorantibus, & absentibus potest,l.qui potest, de reg. iur. vide Bal.in l.fi. C.qui admittu, idem in l.fi.C.de iu. delib.refert glossator cancellariȩ in regula 21.Contra de l. fi. C. de iu. emph. vbi emphyteuta potest vendere domino inuito dummodo ei denunciet.

Quatenus cuiusquam inter sit, in facto non in iure consistit,l.quatenus,ff.de reg.iur.

Quod est in fieri habetur pro facto,l.ligni, §. ego autem, & l.cum vxori,ff.de leg.3.

Qualitatem quis cognoscere nõ potest nisi cognoscat substantiam, Bal.in l.2.ante medium primæ col.C. de bo.poss.secundũ ta.per tex.in l.eius qui in prouincia,ff.si cer.pe.circa fi.l.in ver.qui nec possidendi animum haberẽt.Ripa.in rub.de cau.poss.nu.25.

Quod recipis contemplatione mea ex me percepisse videris, l.cum aliquis, C.de iu.de lib.c.requisisti de test. de quo lata Barba. in l. cum acutissimi, in 84. col. C. de fideicomm.

Qui potest facere vt iam facit, videtur posse facere, 83. dist. error, ff.de re. iu. qui potest, ff. de le. 1.l.si seruus, de ædil. edic. quis sit, §.idem ait, ff. ex qui. cau.

cau.malo, ſed & ſi, §.ait prætor. Contra,ff.de accu. hær.l.is qui.

Quod accidit ſequitur naturam eius cui accidit, ff.de vſufr.l.ſi fundo.

Qui ſcit ſuum ius,eligendo aliud quod credit habere, non amittit quod habet, l. mater, ff. de inoffic. teſtam.Contra de cap.vt quis duas,de elec. lib.6.& l. 1. C. de fur. cum ſimi. vt per glo. in l. edita, in ver. emendari,C.de eden.

Quis eſt acceptus Propheta in patria ſua, l. tres tantum modo,C.de offi.præto. & l.obſeruare, §.antequam,ff.de offi.preſi.Contra,eo.ti.l.Barbarius quia nemo cum honore acceptus eſt Propheta in patria ſua, vt etiam habetur Marci. 6. c. & glo. no. in l.hi qui, ff.ex qui. cau.ma. & habetur Matth. 13.c. Luc. 4.& Io.4. & eſt tex.in c.ſi Chriſtus de iureiur.

Qui non eſt mecum contra me eſt l.cœlicolarum,C. de iudic. & qui mecum non eſt congregans, & diſpergit Matth. 12.

Quando quid ad duo referri poteſt, debet referri ad antiquius,l.fi.in finalibus,ff.fin. regun.

Qui iuſſu iudicis aliquid facit,non videtur dolo malo facere,quòd parere neceſſe habet, l.non videtur, §. qui iuſſu; ff.de reg. iur. & ff.ad Sylle. l.ſi quis quaſi.

Qui authore iudice comparauit bonæfidei poſſeſſor eſt,regula iur. qui auctore,ff.

Quod quis ſi velit habere non poteſt, id repudiare non poteſt, l. qui poteſt facere, §. quod quis, ff. de reg.iu. Contra de leg. 1.§.decretalis,ff.de ſuc.edic. ſol.ibi non poteſt per ſe, ſed iudicem.

Quanto agens eſt perfectius tanto effectus eſt perfectior,C.de teſt.l.iuſiurandi,concor.tex.in c.vel non eſt,de tempo. ordin.

Quod non videtur eſſe, & pro eſſe habetur, quia eſſe poteſt,

potest,seu expectatur,quòd esse potest,l.videamus, in princ. C. de testam. & ff. ne quis eum qui in ius vo.ex nundi.& cap.factum est,in fi. de conse. dist. 4.Contra ff.de fur.l.pe.& l. continuus, §. eum qui. & §.si Labeo,ff.de verb.oblig.& 86.dist.non satis, & l.quamuis,ff.de in ius voc.

Quotiens vtriusque causa lucri ratio vertitur, is præferendus est cuius in lucro causa tempore præcedit,ff.de reg.iur.l.quoties.

Qui potest stare certo non stet incerto, vt dicit prouerbium,gl.in l.quia ratio,ff.de cond.insti.

Qui non facit quod faceret debet,videtur facere aduersus ea,quia non hoc facit,& qui facit quod facere non debet,non videtur facere id quod facere iussus est,regula iu.ff.

Quod euincitur in bonis nostris non est,ff.eod. Contra de verb.sig.ff.l.bonorum,§.in bonis.

Quod pendet non est pro eo quasi sit,l.is damnum, §.quòd pendet, ff. de reg. iur. Contra de l. 1. §. sed etiam si incertum,ff.de ven.in pos.mit.

Qui potest facere vt possit conditioni parere iam posse,videtur,ff.qui potest,ff.de reg.iu.Contra de acq. hær.l.is qui hæres, & l. Lucius, §. sed his quæ adhuc,ff.qui ad li.procla.non licet.

Qui partem tangit totum tangere videtur, l. vulgaris,ff.de fur.

Qui totum cupit totum perdit,C.quãdo & qui.quarta pars debetur,quasi per totum,lib. 10.

Quando aliqua differunt specie vnum non potest de alio prædicari,l.si qua pœna,ff.de verb.sig.

Qui sine dolo malo ad iudicium prouocat, non videtur moram facere,l.qui sine,ff.de reg.iur.

Quoties idem sermo duas sententias exprimit,ea potissimum accipiatur quæ rei gerendæ aptior est,ff. de

de reg.l.quoties.

Qui ad agendum admittitur, est ad excipiendum multo magis admittendus, c. qui ad agendum, de reg.iu. lib.6.

Quod non est, esse videtur, vel non esse quod est, ff.de his qui no. infa.l.quid ergo, §. si quis, quod quisque iu.l. 1.de vsu. quia de reg. iur. qui actionem. Contra, ff. de dolo, nam is de arb.qualem, de re. iu. non videtur, & l.quisquis.

Qualitas quæ inest actui de iure communi vel speciali iudicatur à pari, l. cum ex ratione, in princ. ff. de exc.tut.l.2. C. de his qui veni. ætat. impe. Marsil. in c.1.in 27.col.de consti.lib.6.

Quod noua testa capit inueterata sapit. in aut. vt iur. sine quoquo suf.§.1.col.1.gloss.in ca.cum in iuuentute, in ver.paratior, 1.q.1.

Quãdo in aliquo actu vnũ principaliter, & immediate venit, & aliud ex consequentia, & mediate, illud est præferendũ quod venit principaliter, & immediate, l.fin.ff.de imp.in re.do fac.& l.2.§.idem Labeo, ff.ne quid in loc. publi. & l. 1 .ff.si vsufru. pet. contra de tex.in c.ex transmissa, de filijs presby.

Quicquid est causa causæ, est causa causati, l. manumissiones, ff. de iust.& iure.

Quod per se cui facere non licet, neque per alium licebit, l.2.§.1.ff de admi.re.ad ciui.perti.& l. pupillus, §.sed & si ff.de auth.tut.& l. filium, ff. ad Maced. & l. impressionem, C. quòd met. cau. Contra de l.fin.ff.de offi.præfect.vrb. & ff. man. l. si mandauero, §.sed hi, & de elec. c. suffraganeis, de quo vide in d.l.2.

Quæ alienari prohibentur vsu capi non possunt, l. si fundum, ff. de fun. do. & l. lex quæ tutores, ff. de adm. tut.

Qua-

Qualitas adiecta verbo debet adesse tempore verbi l. in delictis, §. si detracta, ff. de noxa. cum simi. vt tradit Dec. in consi.15.in casu, in 2.col.

Quæ solo temporis tractu non mutantur semel in esse posita semper præsumuntur, l.si cui,§.ijsdem, ff. de accus.& l.non omnes,l.§.à barbaris,ff.de re mili.

Qui sentit commodum sentire debet, & incommodum,l.naturaliter,ff.de reg.iu.c.qui sentit, eod.tit. l.6.tamen vt ibi dixi singulariter gloss.magistra, & Dyn.& alij,istud fallit quandoque ratione personę, & ratione naturæ contractus,vt ibi exemplificatur.

Quod quis in persona sua facere prohibetur id per subiectam personam exercere non debet, ff.de admi.re.ad ciui.perti. l.2.§.1.

Quod nomine meo facere nô debeo,nec nomine alieno,46.dist. sicut non suo, & 20.q.vlt. his à quibus.

Qualitas obueniens enti qualificat ipsum ens ,& reponit ipsum in diuersam speciem, c.cum Marthæ, §.quæsiuisti, de celeb. mis.

Quod per nos facere non possumus per alios , facere debemus, ff.de procu.l.1. & ff. de adm. tu. l.ita tamen.§.gessisse.

Quatuor sunt modi conueniendi, aut iure, s. instrumentis,vel testibus, aut facti euidentia, vt extra de coha.cle.tua.& 1.q.1.quæ Lotharius,aut iuris interpretatione, vt sæpius citatum esse rerum, vt 3. q.9. decernimus, aut violenta suspicione, seu præsumptione,32.q.1.dixit, & C.de adul.aut si quis.

Quod de vno dicitur de alijs negatur,vt 45.dist.disciplina,ca.vnus ex vobis,2.q.1.sic,ff.de iud.cum prætor,25.dist.qualis, C.de procu.maritus.

Quod semel placuit, amplius displicere non potest, 32.q.5.horrendus,extra de despon. impu.l.de illis, ff.de neg.gest.§.Pomponius.

Qui

Qui mandatum suscepit necesse est consummare, ff. commo.l.in commodato,§.sicut.

Quæ simpliciter promittuntur sine conditione seruantur, 21.q.c.vlt.

Quæ incontinenti fiunt inesse videntur, ff.si cert. pet. l.lecta est,& ex his quæ incontinenti fiunt præsumptio nascitur, de elect.officij.

Qui ponit principium totum supplere debet vsque ad finem, de conse.dist.50.nullus episcopus.

Quilibet præsumitur dignus nisi probetur indignus, ca.ex parte de scruti.inor.faci.l.non omnis,§.à barbaris,ff.de re mili. & in l.actor. per Cy. C.de prob. & de quolibet præsumendum est bonum nisi probetur contrarium, c.dudum, de præsum. ff.de manu.testa. seruos, & ff de lega.2.l.cum pater,§.rogo.

Qui reputatur dignus in vna dignitate si postea eligitur ad alteram etiam tunc dignus debet reputari, c.accepimus,de æta. & quali.sic 74.dist.gesta.

Quod de vno prohibetur de alio permittitur, 25. di. qualis,& extra,de his quæ fi.à præla.sine consi. cap. cum apostolica, in fi.

Quod infirmari, vel vituperari potest præcaueri debet,c.1.de ser. non ord.l.si idem cum eodem, §.fi. iuncta, gl.ff.de iurisd. om. iud. & l.1. ff.de iureiur.

Quando in vno actu concurrunt duæ rationes, quarum altera nocet, alia vero prodest, causa illa quæ nocet debet attendi non quæ prodest, l. si quis in graui, §.fi.cũ seq. ff. ad Sylla. & l.3.& ibi Bar. ff.de suspe. tut.

Quod testibus, vel scriptura probari non potest pro infecto haberi debet C.commu. di.l. si maior.

Quotidie ex nouis motiuis nouæ generantur opiniones vt dicit Bal.in l.1.col. 8. C. de his qui ante aper. tab.

Qui

Qui totum dicit nihil excludit,l.Iul.de leg.1.c.solicitæ de maio.& obed.

Quod omne,tangit ab omnibus approbari debet.ca. ad hæc,de offi.Arch.C.de aut.præstan.l.vl.& ff.de aqua plu.arc.in concedendo,& ff.de adop.nam di uus,& extra de tempo.ord.si archiepiscopus.

Quod ab illo datur, qui de iure dare non potest, pro non dato habetur,extra de iure pa.quod autē,in fi.

Quoties quis iusto dolore accensus deliquit,pęna debet aliquantulum temperari, Abb. in c.olim, 1.de rescript.

Qualitas adiecta verbo qualificatur secundum tempus verbi,l. Titius, ff.de mi.te. Bar.in l.ex facto, ff. de vlt.& pu.

Qui de vno negat,de alijs affirmat,& concedit,l.prętor,ff.de iud.c.nonne,de præsum.

Qui prior est tempore potior est iure,l. potior,ff.qui po.in pign.hab.

Qualis sententia talis libellus,præsumitur, gl.in c.du dum,in fin.extra de deci.& facit tex.in l.præses ff. de pœ.

Quod quis non diligit facile contemnit,20.quæst.3. præsens clericus.

Quod quisque sua voce dilucidè potestatus est,in eūdem casum proprio testimonio infirmare non potest,c.per tuas,de prob.& C.de non nu.pec.l. generaliter.

Qui confitetur vnum, per consequens confitetur id quod sequitur ex illo 8. dist. quo iure, & de offic. deleg. cum super,& de dolo,& contu. cum dilect.

Quæ promittuntur sunt opere adimplenda, extra de pactis,qualiter,& de pręben.& dignit.relatum est, & 12.q.5.quia Ioannes,& 32.q.vlt.c.fi.& l.1.& ibi Bar.ff.de pac.& ff.ad leg.Fal.l.fi.

Quæ

Quæ religiosis adhærēt religiosa sunt, ff. de rei. vēdi. l. quæ religiosis, & ff. de cōtrah. emp. l. in modicis.
Qui prior est tempore potior est iure, ca. cum autem de iure patr. c. 1. de maio. & obed. d. l. si fundū, & l. generaliter cum multis alijs, C. qui po. in pig. hab.
Quilibet præsumitur bonus, nisi probetur malus, extra de scru. in or. fa. cap. vno, & de præsum. dudū, l. non omnis, §. à barbaris, cum vulg. ff. de re mili.

R

REmittētibus actiones suas nō est dādus regressus ad eas, l. quæritur, §. venditore, ff. de ædil. edic.
Rusticitati parcendum est, l. fi. C. de rest. ff. ad Sill. l. 3. §. si quis ignorans, ff. de vend. inspi. l. 1. §. fin. ff. de prob. l. de inde. §. 2. ff. de iurisom. iud. l. si quis, §. 3. ff. de iur. fis. l. 2. in fi. ff. si quis in ius voc. non ier. l. 2. §. pen. ff. de eden. l. 1. §. fi. & in multis simil.
Res inter alios acta alijs non præiudicat, l. Lucius, ff. de his qui no. infa. l. sæpe constitutum est, ff. de re iud. l. res inter alios acta alias est, l. Modestinus respondit, ff. de excep. l. res inter alios acta, ff. de reg. iur. l. 1. C. res inter alios acta, vel iudi. alij non noc. C. de except. l. 2. ff. qui po. in pig. hab. l. Claudius, C. de pact. l. fractionem, ff. de iudi. l. si petitor, ff. de pac. l. si vnius, §. pactaque in fi. & ff. de exce. rei iud. l. 1. cum multis alijs.
Res iudicata pro veritate accipitur, l. ingenuum, ff. de statu. ho. l. res iudicata.
Reus excipiendo actor est, l. 1. ff. de excep.
Reus non tenetur probare, sed actor, l. frustra, C. de prob. cum multis alijs.
Res tantum valet quantum vendi potest ff. de cond. fur. l. si seruus §. quòd si pendente ff. de fur. l. si quando vxori, §. fi. in fin.
Reatus omnem excludit honorem, C. vbi sena. l. 1.

Re integra reuocatur mandatum,instit.man.§.recte, & ff.de procu.l.ante litem contest.

Res mali exempli est vitanda l.obseruandum est, ff. de iud.& l.exemplo,C.de proba.

Rei appellatione etiam pars continetur, l. appellatione rei,ff.de verb.sig.

Rei hæreditariæ nondum possessæ non fit furtum, l. contra,§.fi.ff.re amota.

Ratio generalis prævalet speciali, not.gl. inst. de vsucap.§.furtiue,super verbo,nec vsucapio,& de nup. §.affinitas,& §.socrum,Contra,ff.de eden.l.quædã.

Res mutata in pristinum statum redire non potest,ff. de verb.obl.l.inter stipulantem,§.sacramenta,ff.de sol.l.res quæ,§. arena.

Rebus,& non verbis legem imponimus,C.commun. de le.l.2.in fi.C.de vsu.l.fin.

Remittendi ius suum amplius non datur regressus, insti.de bo.pos.§.si quis itaque.

Res sua nemini serui, l.in re communi, ff.de ser. vrb. prę. ff.de vsufr.l.vti frui.

Ratihabitio retrotrahitur,& mandato comparatur,l. fin.C.ad sec.con.Ma.l.licet,ff.de iudi.

Reus debet prius conueniri quam fideiussor, in aut. de fideiuss. §.1.col.2.& C.eo. tit.auth. præsente.

Res aliena vendi potest, sed precium ab emptorem auferri potest,l.rem alienam,ff.de contrah.emp.

Rei est fugire,C.de iudic.l.properandum,§.& si quædam pars.

Restitutionem petens duo probare debet, l. possessionem, & spoliatum fuisse extra de restitu. spo. olim causam,& qui fi.sint leg.causam quæ,& idem est si aliquis spoliauit, vel mandauit, vel ratam habuit spoliationem, de resti.spo. cum ad sedem,ad fi. ff. de vi & vi arma,l.1. §.deiecisse,cap. consultationibus,

bus, de offic. deleg.
Refertur ad vniuersos quod publice fit per maiorem partem, ff. de reg. iur. l. aliud est vendere, §. refertur.
Ratio debet esse diuersa à dicto, vt not. glo. in l. fin. ff. de offi. procu. Cæs. & in l. 1. in fi. de excep.
Renuntians liti non videtur factri. text. sing. secundum Bal. ibi in l. si re. C. de ing. manu. exclamat Ias. in l. postquam liti, C. de pact.
Relictum sub conditione non videtur quod in omnem euentum quis est habiturus, gl. in l. liber homo, §. si ita scriptum, ff. de hære. insti.
Respublica non dicitur alia quàm Romanorum, l. liberto, §. Lucius, ff. de an. leg.
Res destruitur per plures successores, l. solet, §. 1. ff. de ali. & ciba. leg.
